ibm Actis quibuscuq3 contentis, inteq3 omni à Gnoso olim Felicis Auctis Dzierzgowskí Castellano Sochaczoniens, seu á quibuscunq3 alijs personis, in et super Curia et Area edificijsq3 Varschouiæ in extremo Ciuitatis nouæ cõsisten te habito, vnà cũ tinctione in eodem iure ac inscriptionibus cõtenta latius in se carente, Nihil iuris, dominij, ac proprietatis et vsufructum ex eisdem iuri bus ac bonis dictis sibi et suis succesoribus relinquendo, sed prout ea solus tenuit, habuit, et possedit, Generoso Paulo Vchanscki Capitaneo Drohobicensi suo ex fratre Nepoti, ac ipsius succesoribus cessit, prout iam ex nunc cedit et cõ descendit atq3 resignat, Atq3 omnia ipsius iuris ac inscriptionum suorũ benefi cia, bonorũq3 dominiũ, ac vtilitates vniuersas, in eundem Gnosum Paulũ Vchanscki et eius succesores trãstudit perpetuò et in æuum. Et iam ipse Dnus Dnus Do minus ARchiepiscopus Gnesnen eidem Gnoso Paulo Vchanscki dat realem in tromissionem et actualem possessionem, tam in hoc ipsum ius seu inscriptiones, quã in bona dicta, per Ministerialem terrem, quemcunq3 habere poterit, ad in tromittendũ in dicta bona, vigore ipsius iuris cessi, ac inscriptionum originalium, te nen, habenda, et vtifruenda, perpetuò ac in æuum. Cuius quidem recognitionem coram memorato Petro Gantowski Secretario nro, factam, ab eodemq3 nobis relatã nos suscepimus, atq3 in Acta Cancellariæ nræ inscribere mandauimus. Decerni musq3 et edicimus illam, vt potè ex legum publicarum præscripto factam, perinde va lere debere, ac si coram nobis ipsis facta esset, Atq3 in eius rei fidem præsenti bus sigillum nrm est appressum. Actum et Datum Varschouiæ in Conuentu Regni nri generali die Tertiadecima Mensis Februarij. Anno Dñi Milesimo

Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo, Regni vero nri QVinto.

Postio Magri vt supra.

Nicolaus Laskowski cauet pro fratre suo Georgio, Mathxo Baricska, Ciui Varschouien.

Stephanus Dei gra Rex Polonie Significamus tenore presentium quorum interest vniuersis et singulis, quibus notitia habituris. Quod coram nobis et actis Cancellarie nostre personaliter constitutus, Nobilis Nicolaus Lasscow; scki Latata, in Lasscowo Gluchy hæres, Recedendo a terris, districtibus, Pala-
tinatibus, in quibus q3 suis quibusuis competentibus, huic vero iurisdictioni nre quoad effectu presentis inscriptionis sese incorporan et iuiscerando, palam, publice, beneuole verbis expressis recognouit. Quia ipse pro Nobili Georgio Lasscow; scki fratre suo patruelle germano fideiubet, ac sese fideiussorem ponit, tamato Mathæo Baricska, Ciuitatis antique Varschouien Ciui, quod predictus Nobilis Georgius Lasscowski frater suus, octo Lascos siligins, mensure et modij Oppidi Stanislauien, qui modius debet esse signo illius Oppidi vsitato mensuratus, bene mundi, als Gudnego me Ieoscrzewnego y dobrze wyprawnego, eidem Matheo Baricska, ad litus fluuij Bug dicti; no procul a Villa Kie-
gowo, dicta, in prompturio Gnosse Agnetis Jezewska, olim Generosi Nico;

lai Je Jewsłei Vexilliferis Liuensis relicta, pro die Nona Marty anni
præsentis proximè venturæ, sistet ac statuet, ad rationē quorū octo Lasto-
rū siligmis, ꝙdicti, idem Nobilis Nicolaus Lasteowsłei nomine fratris sui, se
Ducentos florenos Polonie, quemlꝫt triginta grossis Polonicis computando, m
parata pecunia, recepisse, fassus est, de qua eundē præsentibus quietat, et
liberū pronunciat. reliqua verò summā prouenen, circa traditione solutio-
nis ide Bariczka in prōptu de parata pecunia, soluere et numerare, tenebitur.
Quemlibet verò Lastum siligmis, mensure et modij vti dictum est Stani-
slauien (modo eiusmodi sit siligo, qualis iuxta præallegatas conditiones
esse debet) soluere debet Mathæus Bariczka florenis quinquaginta duo;
bus monetæ et numeri Regni nostri, ita quod defalcatis ducentis florenis Po-
lonie ex nūc acceptis, residuū quod pro octo Lastis venerit, soluere tenebitur.
Quod si verò pro die nona Martij vti præfixū est, ipse Mathæus Bariczka
ibi in loco præfixo pro receptione siligmis, ob aliquod sui impedimenti, vel
inundatione et magnitudine aquæ, adesse nō potuerit, hoc ei nihil nocere debe-
re ide recognoscens se inscribit, sed post eam diem nonā Marcij quandocū-
qꝫ venerit, in dicto loco et prōptuario, ꝙdictos octo Lastos siligmis qua-
les nominati sunt, paratos et ipsi extradendos inuenet. Casu verò quo
ipse Nobilis Georgius Lasteowsłei ꝙmissis nō satisfecerit, ex tunc ipse No-
bilis Nicolaus Lasteowsłei tanqꝫ eiusdem fratris sui fideiussor, recedendo
vt supra inscribit se et obligat, quod nō satisfactionis nomine in loco fratris
sui ad quodcunqꝫ iudiciū et officiū Regni nostri, sine etiā post Curiam nram

ab ipso Matheo Barieglia citatus fuerit, et sui successores citati fuerint, ex tunc
in primo citationis termino tanqz peremptorie, stare, parere, respondere, et pre-
missis satisfacere tenebitur, idqz sub vadio similis summe ducentorz florenorz Lo-
lonicorz, quod vadiu ob nã satisfactionẽ prẽmissorũ, statim in summã principalem
conuerti, et in bonis suis extendi debebit, et ad eodem iudicio ad quodcũqz, etiã
post Curiam nostram citatus fuerit, nõ recedendo, summam Ducentorz florz
ad presens acceptã nõ solũ reponere, verũ etiam pro vadio et damnis, ad simpli-
plicẽ ipsius Matthei Barieglia et eius successorz assertionẽ, ediendis, satisfa-
cere, et in bona sua intromissionẽ cũ possessione admittere tenebitur ac sui successores
tenebuntur, nõ tuendo fese contra inscriptionẽ vllis iuris et facti remedijs, bene-
ficijs, nullis exceptionibus, tam contra forũ, iudicem, partem, citationẽ, aut ipsius
positionẽ se tutan, nec eũ primũ terminũ peremptoriũ, quibusuis in iure expres-
sis cautellis et rationibus evadẽ, nec ignorantiã positre citationis in lucro aut subse-
quuti processus allegan, renunciando quibusuis sublationibus bannitionis, que con
ipsũ processũ etiam iniuridicè obtentũ, obtineri ex Cancellaria possent, et nul-
lam controuersiam de malè obtento faciẽ, neqz vllas motiones, appellationes
et earũ prosequutiones interponen, nullis, legalibus impedimentis, seruitio belli-
co, legationibus et id genus fese tutan, nec aliquibus humane industrie excogi-
tatis et excogitan, modis in iure cõmuni descripte vel nõ descriptis se subleuan
Sub amissione sue totius et successorũ suorũ cause, ita vt generalitas spe-
cialitati et è contra in nullo penitus deroget, imò quodcũqz cõ presentem
inscriptionẽ sibi in auxilium assumere, et quocũqz modo ea impugnare volu-

erit, eo ipso totâ suam causam amittere debebit, et sui successores debebunt, nõ aliter ac si omni iure victus, et nostra definitiua sententia cõdemnatus esset, et insilominus summâ Ducentorũ flor. acceptа, restituta, et vadio ac dammis solutis, eidem inscriptioni nomine fratris sui satisfacere ac ea adimplere tenebitur ac sui successores tenebuntur. Quam quidem inscriptionẽ nos ratã et grata tam habentes, eandem in Acta Cancellariæ nræ inscribendã admisimus, robur debitæ firmitatis obtinere debere decernimus. Harũ quibus sigillũ nostrũ est appressum testimonio literarum. Actum et Datum Varschoviæ in Conuentione Regni generali die Quartadecima Mensis Februarij. Anno Domini. Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo, Regni vero nostri Quinto.

Regia Regni cõ vt supra.

Catherina Bartholomæi Tolkimiter Ciuis Gedanen relicta vidua, transportat in fra script inscriptionem, ex Actis Castren CRAC ad Acta Cancellariæ

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ etc Significamus hijs literis nostris, quorũ interest vniuersis et singulis, earũ notitiã habituris. Quod coram nobis et apud Acta Cancellariæ nostræ personaliter constituta, Nobilis Ca

Catherina, filia Nobilis olim Joannis Karembski, relicta vidua Nobilis olim Bar-
tholomei Tollimiter Civis Gedanensis, à terris Palatinatibus, districtibus,
iure, foro, ac iurisdictionibus quibusuis suis propriis et cõpetentibus recedens, illis q̃s
per expressum renũciando, huic verò nostræ iurisdictiõi, quò ad recognitionẽ suã præsen-
tem et illius effectum, se cũ successoribus et bonis suis cũq̃ incorporan̄ et subjecien̄,
sana mente æquè ac corpore existens, voluntariè, liberè, palam, dissertis et expressis ver-
bis recognovit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia inscriptionẽ suã ad Acta
Castren̄ Cracovien̄sia, anno superiore Sabbato post festũ Divæ Luciæ proxi-
mo factam, et recognitã, qua de dimidia parte Villæ Kolubka ad Gedanũ sitæ,
aliisq̃ quibusuis bonis et summis etiam pecuniarijs Nobilibus Stanislao et Joanni
Karembskis, fratribus suis patruelibus, cessit, satisfaciendo obligationi suæ de
transportanda eadẽ inscriptione ex Actis prædictis Castren̄ Cracovien̄s, ad
acta quæuis antentica, vim perpetuitatis habentia, factæ, ad Acta Cancellariæ
nostræ, transtulit et transportavit, vti quidem et per præsentes transfert et
transportat, atq̃ eandẽ in omnibus suis punctis, clausulis, articulis, et cõditio-
nibus approbat, cuius inscriptionis, autenticæ coram nobis exhibitæ, tenor de
verbo ad verbũ sunt iste. Comparens personaliter coram officio et Actis præ-
dictis Castren̄ Surrogatoris Capitanei Cracoviensis Nobilis Catherina, filia Nobilis olim
Joannis Karembski, conjux relicta Nobilis Bartholomæi Tollimiter Ci-
vis Gedanensis. Recedendo à terris, et districtibus, iurisdictionibusq̃ suis
quibusuis propriis et cõpetentibus, et se cũ bonis et successoribus suis iurisdictioni
præsenti, quò ad Actum hunc totaliter incorporan̄, et subjiciendo, palam, liberè,

publicè et per expreſſum recognomit. Quia de medietate omniū bonorū ſuo-
rū, mobiliū et immobiliū, hereditariorū et obligatoriorū, ſummarūq; pecuniarū, tam
in hereditate Villæ dictæ Koliebka, circa Gedanū ſitæ, quā ubilibet alibi in
Regno Poloniæ et in Ducatu Pruſſiæ, conſiſten, et apud quaſcunq; perſonas, ſta-
tus, ſexus et conditionis cuiuſcunq; exiſtentes, tam iure naturalis ſucceſſionis,
poſt parentes ſuos et alios proximos conſanguineos, et propinquos cuiuſcunq; ſexus,
quam iure quæſito ad ſe deuolutorū et pertinentiū, generaliterq; de medietate omni-
um bonorū ſuorū, nihil ſpecialitate generalitati derogando, ac de omnibus et ſingulis
iuribus ſuis naturalibus, et inſcriptionibus ac proceſſibus iudicijs, quibuſuis, ſuper
eadē bona ſibi ſeruientibus, in Actis quibuſcunq; cōtent, quō ad medietatē tantū om-
nes bonorū prædictorū ſpectat et pertinet. Una cum omnibus bonorū prædictorū utilitatibus
fructibus, prouentibus, redditibus et obuentionibus, ac attinen et pertinen uniuer-
ſis, nullis penitus exceptis, Cum omnibusq; Juribus ſuorū prædictorū, quō ad medi-
etatē bonorū prædictorū beneficijs, Cumq; omni iure, dominio et proprietate, nihil
iuris, dominij, et proprietatis ac quorumuis uſufructuum et utilitatū in medietate
eorundē bonorū omniū pro ſe ſuisq; ſucceſſoribus reſeruan ſeu excipiendo, Nobi-
libus Stanislao et Joanni Karembſkim fratribus ſuis patruelibus et eorū ſuc-
ceſſoribus, ceſſit et cōdeſcendit, prout cedit et condeſcendit, præſentibus. Jn ipſos
que Stanislaū et Joannem Karembskie et eorū ſuccēſſores, medietatē omniū bonorū
ſuorū prædictorū, mobiliū et immobiliū, hæreditariorū et obligatoriorū, ſummarūq;
pecuniæ, tam in hereditate Villæ dictæ Koliebka circa Gedanum ſitæ,

quæ videlibet alibi in Regno Polonie et Ducatu Prussie consistẽ, omniũq; et singulorũ iuriũ honorũ naturalium, et inscriptionũ ac processuũ iuridicorũ quorumuis super eandẽ medietatem bonorũ prefatorũ sibi seruiẽ, in actis quibuscunq; contentũ transfundit et incorporauit, prout transfert et incorporat presentibus. Reseruando pro se eadem Catherina altera medietate omniũ bonorũ supradictorũ, et iuriũ ad eandem medietatẽ reseruatã se extendentiũ. Ac iam ex nunc prænominata Catherina eisdem Stanislao et Joanni Karembskis, et eorũ successoribus, in eandem medietatẽ omniũ bonorũ suorũ prefatorũ, superiusq; descriptorũ, dat et admittit, realem intromissionẽ et actualem pacificaq; possessionẽ, per Ministerialem terrestrem quem; cuiq; sibi ydem Stanislaus et Joannes Karembscy cũ suis successoribus ad intromittendũ elegerint, ei et eis de officio presentis ius ex nunc ad id additũ. Per ipsũ Stanislaũ et Joannem Karembskios eorũq; successores, medietatẽ omniũ bonorũ prefatorũ, mobilium et immobilium, hereditariorũ et obligatoriorũ, summarumq; pecuniarum quarumlibet, ac eorũ et singulorũ iuriũ prefatorũ super eandẽ medietatẽ bonorũ prefatorũ seruiẽ modo premisso ipsis cessam, et condescensam, vnà cũ omnibus medietatẽ bonorũ prefatorũ utilitatibus, fructibus, prouentibus, redditibus, et obuentionibus attinenq; et pertinẽ vniuersis, nullis penitus exceptis, Cum omnibusq; iuriũ prefatorum beneficijs, tenẽ, habẽ, vtifruẽ, pacifice et quiete possidẽ. Juxta vim et formã latiusq; effectum iuriũ ac inscriptionũ prefatarũ originaliũ, et pũctis condescensionis et transfusorij iuris, latius de premissis canẽ. Et hanc inscriptionẽ condescẽ ex actis presentibus, ad Acta quorumcunq; autentica

Regni vim perpetuitatis in se habentia, intra decursum unius anni praenominata Catherina, Tollcimitrowa, eidem Stanislao et Joanni Narembskim, et eorum successoribus, transferre, transportare, inscribere, et similem inscriptionem facere et recognoscere debet et tenebitur cum suis posteris. Sub damnis terrestribus per ipsam Catherinam Tollcimitrowa vel eius successores ad soluendum succumbendum. Pro quibus quidem damnis terrestribus, taliter ad soluendum succubuit citata existens praedicta Catherina Tollcimitrowa suique successores citati, ad instantiam ipsorum Stanislai et Joannis Narembskich, aut eorum successorum, ad Judicium terrestre vel Castren. Capit. Cracouien. Ex tunc recedendo a terris, et districtibus suis quibus suis propriis, in primo citationis termino tanquam in peremptorio, parere, stare, respondere, et pro damnis praefatis terrestribus satisfacere, ac inscriptionem praesentem transferre, debet et tenebitur cum suis posteris. Terminum ipsum primum, et alios consequentes causae terminos semper peremptorios, vera vel simplici infirmitatibus et pro maiori non differendo, controuersias, exceptiones, dilationes, motiones appellationes, ac earum prosequutionem nullas faciendo, Ad quietationem extra Acta praesentia Castren. Capit. Crac. dilationem sibi nullibi recipiendo. Et generaliter nullis aliis causis aut modis exquisitis et exquirendis, iudicialiter siue extraiudicialiter fieri solitis, neque praescriptione terrarum aut euasione quauis legalibusque impedimentis, quibuscunque, praenominatos Stanislaum et Joannem Narembskie et eorum successores pro praemissis euadendo. Nec quicque sibi et suis posteris in auxilium contra inscriptionem praesentem assumendo. Sub amissione suae et suorum suc-

cessorū totius consū. Actum in Castro Cracouien Sabbato post festum Sā
Ste Luciæ Virginis proxime. Anno Domini. Millesimo, Quingentesimo, octu:
agesimo. Quam quidem præmissæ inscriptionis transportationē, nos suscipi
et in Acta Cancellariæ nrāe inscribi mādauimus. Decernimusq3 illam robur
et pondus suū uis tum et debitū semper obtinere debere. Atq3 in eius rei fidē
præsentibus Sigillū nostrū est appressum. Actum et Datum Varschouiæ in
Conuentu Regni nostri generali die Quintadecima Mensis Februarij. Anno
Dñi. Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo, Regni verò nostri
anno Quinto.

Rūtio Magēi rc vt supra.

Sigismundus Palczowski cum liberorum Martini Zaloga, Portu: lani Vielicien, Tutoribus cōmutat bona infrascripta;

Stephanus Dei gra Rex Poloniæ rc Significamus hijs literis nostris quoru interest vniuersis et singulis, earū noticiā habituris. Quia coram nobis et Actis Cancellariæ nostræ personaliter constitutus, Generosus Sigismundus Palczowski de Palczowice, Burgrabius et quondam Vice Capitaneus Castri Cracouien, a terris, Palatinatibus, districtibus, uire, foro ac iurisdictioni: bus suis quibuscūq3 propriis et cōpetentibus recedendo illisq3 per expres: sum renūciando, huic vero nrāe iurisdictioni, quo ad Actum et inscriptionē

p̄sentē illūq̄ effectū, se et suos successores, atq̄ bona sua omnia mi corpo-
ran et subjciendo, sanus mente et corpore existens, vltrō, libere, palam, pu-
blicē et expressis verbis recognouit. Quia tobā et mītegra medietatē domus
suæ propriæ muratæ, Cracouiæ, in Platea Mensatorū inter Tratkop et Mon-
aliū Monasterij S. Trinitatis domos cōsistentē, à Martino Faloga, Nobi-
lis olim Martini Faloga portulanī Wielicien filio, sibi venditā, inscriptam, et
alio q̄nis obligationū genere acq̄sita, vendidit, et resignauit, prout vendit
et resignat p̄sentibus, perpetuæ hereditatis titulo, Bartholomæo et Annæ, libe-
ris legitimis p̄dictē Nobilis Martini olim Faloga portulanī Wielicien,
et eorū legitimis successoribus, Idq̄ pro medietate hortus sui Prædij
in Anteurbio Crac, inter prædium Præposituræ Ecclesiæ S. Nicolai, et
olim Stanislai Gelhorn hortū iacen, atq̄ pro quingentis florenis pecuniæ
numeri et monetæ Polonicæ consuetæ. Nihil in rebus, dominij, aut proprietatis sibi
et suis successoribus ibidē reseruans aut excipiendo, verū illud totū et vniuer-
sum ius suū ad eā medietatē domus pertinēn, in p̄dictos Bartholomæum
et Annam ac eorū successores, plenē et integrē transfunden, per eos tenen,
habēn, possidēn, dan, donan, vendēn, comutan, ac in alios vsus suos et suo-
rū successorū beneplacitos conuertēn. Itaq̄ ex nunc præfatus Sigis-
mundus Balczowski, dedit dictis Bartholomæo et Annæ in eā medietatē
domus, sic vt p̄missū est, venditā, realem intromissionē, et actualem ac
paricam possessionē. Et recognouit se iam accepisse realiter et in ef-

fectu leuasse eo nomine quingentos florenos Polonicos a Tutoribus prefatorum liberorum minorennium, infrascriptis, de quibus quingentis florenis eos quietauit quietatq3 presentis sue obligationis vigore, perpetuis temporibus. Ibidemq3 coram nobis et actis ipsius Cancellarie nostre constituti personaliter, Gnosi Stanislaus Tchorsowski de Tchorsow Vicecapitaneus Hrubiesouien atq3 Matheus Pelka de Wtostow, predictorum Bartholomei ac Anne et bonorum ad eos spectan. Tutores, suo, et Pupillorum, Alberti Kiminski Cuiostodis Sandecen. Canonici, Vicariiq3 in Spiritualibus, ac officialis generalis Cracovien. nec non Simonis Gladisz de Polna Prepositi Wislicien. tanq3 Contutorum suorum, pro quorum ratihabitione cauet, predictorumq3 minorennium nominibus, id agen. receden. similiter a terris, Palatinatibus, districtibus, mire foro, ac iurisdictionibus suis quibusuis propriis et competentibus, huic vero nostre iurisdictioni, quo ad actum et inscriptionem presentem, illiusq3 effectum, se et suos successores, atq3 bona sua omnia incorporan. et subijcien. tam mente et corpore existentes, vltro, liberè palam, publicè et expressis verbis recognouerunt. Quia meditate pradij sui hortus in Antemurio Crac. inter Predium Prepositure S. Nicolai et hortum Stanislai olim Gelhorn iacen. dictorum puerorum propriam et hereditariam totam et integram, cum omni iure, dominio, et proprietate, inscribunt, resignantq3 iure perpetuo et hereditario, Gnoso Sigismundo Pelgowski Burgrabio Cracouien. et illius legitimis successoribus, idq3 ratione meditatis domus murate suprascripte, per eundem Sigismundum Pelgowski, dictos pueros vendite,

Ita quod iam ex nunc supra fatus Sigismundus Palczowski, totu et integrũ
hortũ habebit, illoq3 iure perpetuo et hereditario vtifruetur. Pueri veri pre-
fati habent et iam ex nũc habebunt, totũ et integrã domũ lapideã, supra expres-
sam, similiter iure perpetuo et hereditario prefatu hortu, per Grosum Sigis-
mundũ Palczowski, tenen, haben, possiden, dan, donan, venden, & mutan, alie-
nan, et ad suos suorũq3 successoru vsus beneplacitos conuerten. Nihil inris, domi-
nij aut proprietatis dictas pueris in eo horto siue prædio reseruan vel excipi-
endo, sed omne illud ius, quod ad eu hortũ habuerunt, in prefatu Sigismundũ
Palczowski transfunden, in que hortu iam sibi dant ex nuc realẽ intromissione
et actualem ac pacifica possessione, Promitten et se obligan, quod postqua di-
cti pueri adoleuerint, super ea obligatione et venditione, omniaq3 in eis conenta,
consentient, illamq3 personali sua recognitione officiose approbabunt, Porro
ad damda in ea medietate hortus prefati dicto Sigismundo Palczowski resi-
gnationẽ, constituunt predicti Tutores in plenipotentes suu, Famatu Seniorẽ,
Scabinu iurisdictionis illius, cui medietas ista hortus subest, idq3 in proximo
iudicio exposito Bannito, vel alias quandocunq3 eam ipsa resignationẽ habe-
re voluerit, tu et ad alia omnia et singula, circa resignationis actum fieri soli-
ta peragen, perinde ac si ipsi personaliter adessent. Qua quidẽ inscriptione et
obligatione vtrmq3 facta, nos admisimus, et in Acta Cancellarie nostre
inscribere mandauimus. Declaran eam robur debitu semper obtinere debere.
Quod in eius rei fidem sigillu nostrum presentibus est appressum. Actum

et Datum Varschoniæ in Conuentu Regni generali, die Sexta decima Mensis Februarij. Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo, Regni vero nostri anno Vndecimo.

Actio Magci ri vt supeq.

De Mathxi Pelka Nobilitate testimonia.

STephanus Dei gra Rex Poloniæ &c Significamus tis literis nostris quoru interest, vniuersis et singulis eoru noticiam habituris. Quod ad Acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus, Generosus Sigismundus Paleonski Burgrabius Cracouien, vltro, libere, palam, disertis et expressis verbis recognouit. Quia anno superiore, cum Cracouia Lublinum ad iudicia generalia Tribunalis Regni proficisceretur, demandatum sibi fuit, a Magnifico olim Petro Zborowski Palatino ac Generali Capitaneo Racouien, vt Lublini a Nobilibus districtus illmos inquireret scisciteturq de Nobilitate Matthæi Pelka, qui in Terra Lublinen permultos se habere fratres et consanguineos Nobiles affirmabat. Quod quidem iuxta mandatu memorati Magnifici Palatini Cracouien retulit, se fecisse, et quidem diligenter, comperisseq se cum ex multorum aliorum terræ Lublinen Nobilium, tum vero maxime ex Gnosi Petri Kasowski Iudicio terrestris Lublinen, ac item Nobilis Stanislai Pisonka de Dabin, Stanislai Sobieski, Christophori et Joannis Pelkorum de Gielczew, relationibus, memoratu Matthæum Pelka esse de vera Nobilem, atq eoru consanguineum. Hoc idemq et alias

etiam, dato ad supr̃scriptum Palatinũ Cracouien̄ literis ſuis, memoratũ Petrũ Kaszowski testatum esse, idem Sigismundus Palczowski retulit. Quam ſuam recognitionem nos ſuscipi et in acta Cancellariæ nostræ inſcribi mandauimus. Actum et Datum Varſchouiæ in Conuentu Regni nostri generali, Die Sextadecima Mensis Februarij. Anno Domini. Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo. Regni verò vostri anno Quinto.

Petrus Magdeburgensis ut supra.

Quietatur Franciscus Lazowski de infrascripto debito a Christophoro Bieniecski.

Stephanus Dei gra Rex Polonie &c. Significamus his literis nostris, quorũ interest, vniuersis et singulis, earũ notitiam habituris. Quod coram nobis et Actis Cancellariæ nostræ personaliter constitutus, Nobilis Christophorus Bieniecski a terreis Palatinatibus, districtibus, vire, foro, ac iurisdictionibus quibuscunq; suis proprijs et competentibus recedendo, illisq; per expressum renunciando. Hinc verò vire iurisdictionũ, quo ad recognitionẽ suam presentem et illius effectum, se cũ successoribus et bonis suis omnibus incorporando ac subijciẽdo, sanus mente æquè ac corpore existens, vltrò, liberè, palam, disertis et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Solvisse et numerasse sibi, realiter et in effectu Nobili;

S. M.

tem Franciscū Lasonskei, ducentos et quinq; florenos, ac viginti grossos pe-
cunie cōmunis, debiti per eundem apud se contracti, et actis Castrensibus
Drohicensibus obligati. De quo quidem debito suprascripto, ac inscriptione etiā illa
Castrensi Drohicensi, omnibusq; illius coditionibus, et ligamentis, eundē Franci,
scū Lasonskei et illius successores quietamus, et presentibus perpetuo quietat.
Ac inscriptionem illam, in actis Castrēn. Drohicensibus extantem, cassat, mor-
tificat, et in nihilum redigit, sibiq; et suis successoribus quibuscunq; nomine silen-
tium perpetuum imponit. Quam recognitionem nos suscepimus, et in acta Cancel-
lariæ nræ inscribere mandauimus. Decernimusq; eandē robur suum iustū et debitū
semper obtinere debere. Atq; in eius rei fidem sigillum nostrum presentibus
est appressum. Actum et Datum Varschouiæ in Conuentu generali Regni, die
Decima septima Mensis Februarij. Anno Domini. Millesimo, Quingentesimo, Octu-
agesimo, Primo. Regni vero nostri anno Quinto.

Relatio Magci vt vt supra.

Bartholomæus et Casparus. Grabionkowie, cauent de debito, Centum florenor. Nicolao Kochanowski

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus his literis nostris

quorũ interest, vniuersis et singulis, earũ noticiã habituris. Quod coram
nobis et apud Acta Cancellariæ nostræ personaliter constituti Nobiles Bartholomæus
et Casparus Grabionkowie, fratres germani, à terris, Palatinatibus, districtibus, uire,
foro, ac uirisdictionibus quibusuis suis proprijs et cõpetentibus recedentes, illisq3 per
expressum renũciantes, huic verò uirisdictioni nostræ, se vnà cum successoribus et bonis
suis omnibus, mobilibus et imobilibus, hereditarijs ac obligatarijs, tam ijs quæ ad pre-
sens habẽt et possident, quam quæ pos tmodũ quauis uiris ratione haberent, possi-
rent, subijciẽtes et incorporantes, sani mente pariter et corpore existentes, non compul-
etiam neq3 coacti, vltrò, liberè, palam, diserтis et expressis verbis recognouerunt et
quibq3 eorũ recognouit. Quia inscribunt et obligant se et suos successores, ambo in so-
lidum et quilibq3 eorũ separatim, pro. Venerabili Nicolao Grabionka Canonico Sandomi-
riensi et in Swolen Plebano, fratre suo germano, quod sezt ille, posteaquã ex Italia
vbi ad presens degit, in Poloniã reuerit, est soluturus, sine omni mora, difficultate
ac tergiuersatione, Nobili Nicolao Kochanowski aut illius successoribus, Centum
florenos pedee communis, quemlibet florenũ triginta grossis Polonicis cõputando, ab ipso
Nicolao Kochanowski, in usum et necessitatem memorati Nicolai Grabionka
Canonici, præfatis Bartholomeo et Casparo Grabionkom mutuò datos. Quod q3
idem Nicolaus Grabionka, ipsimet Nicolao Kochanowski aut ipsius successori-
bus, sit integrè ac realiter, restituturus ea omnia, quæ ab eodem Nicolao Ko-
hanowski illi data aut in usus suos exposita, et erogata esse probabuntur, ad
rationem Arendæ fructuum et prouentuũ Plebanatus Swolensis, vltra summã

ipsam avendē. Ad quod vtrunq3 faciendū et prestandum, memorati Bartholo-
meus et Gasparus Grabiencowic, Nicolaū Canonicū fratrem suum, cū ex Italia re-
dierit, se adducturos, inscripserunt et obligauerūt, presentibusq3 inscribunt et obligant
se et super omnibus bonis sūis mobilibus et īmobilibus, sub vadio trecentorū florenor3
pecunie communis, quemlibet florenū triginta grossis Polonicis cōputando, in casu non sa-
tisfactionis promissis, ad soluendum irremissibiliter, ab ipsis et eorū successoribus,
Nicolao Kochanowski et eius successoribus, succumbendo. Pro quo vadio, si se cita-
ve permiserint, ad iudicium sine officium Castren Capit Lublinen aut Radomien, ex
hinc recedentes, ab alio quouis iure, foro ac iurisdictione sua propria et cōpeten-
ti, coram illo ipso iudicio vel officio, Castrensi, ad quodcunq3 ex promissis, vna cū suis
successoribus citati fuerint, cui se iam ex nunc in ea causa cū successoribus et bonis
suis omnibus incorporat et subjiciunt, in primo citationis termino tanq3 in peremptorio
quē etiam ipsimet sibi peremptoriū faciunt, stare, cōparere, neq3 ab eodem discede-
ndo, vel in controuersias aliquas se ingerendo, vadium illud trecentor3 florenor3
totū et integrū, parata presentiq3 pecunia, realiter et cū effectu, soluere et repone-
re, ac nihilominus premissis omnibus satisfacere, sub alio simili separatoq3 vadio,
toties quoties ad soluendū irremissibiliter succumbendo, tenebuntur ac debebunt.
Quum vero citationis istius terminū primū peremptoriū, ac alios etiam in eadem causa
terminos quosuis inde semper peremptorios, solutionemq3 vadij sine vadiorū, modo pre-
missos succubitorum, ac satisfactionem premissis omnibus nō posset euadere, vera
vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, receptione ad munimenta, successoru

minoremitate, dilatione adquietatione, bello colloquio, Conuentibus generalibus et partecularibus, et alijs quibuscunq; legalibus impedimentis, ex iure comuni et scripto admitti solitis. Cautellas praterea ac remedijs et beneficijs quibuscunq; iuris, maximè vero pœna trium marcarum et triplici etiam; tum et illo: quod non fecisti faciam. Nec etiã facultatem aliquam habituri sunt, contra abusum et insufficientiã inscriptionis presentis, citationu et progressuum iuridicorum, ad eandem emanatorum, aliquid obijcere, eorundemq; ignorantiam aliquam prætendere. Renũciant quoq; omnibus exceptionibus, cõtrouersijs, protestationibus, motionibus, appellationibus, earumq; per adcitationes reuinificationibus, cuasionibus, statutis et constitutionibus nouis et antiquis ac posthmodum quoq; laudandis et sanciendis, ac alijs in vniuersum omnibus presidijs, quæcunq; sibi in hac causa suffragari quoquomodo possent, nullis prorsus exceptis, Nulla præscriptione temporisq; diuturnitate in quibus obstante. Quã quidem inscriptionem nos susceperi, et in Acta Cancellarie nostre inscribi mandauimus: decernimusq; eandem et omnia in ea cõtenta, robur et pondus suum iustũ et debitum semper obtinere debere, Atq; in eius rei fidem sigillum nostrũ præsentibus est appressum. Actum et Datum Varschonie, in Conuentu Regni nostri generali die Decima octaua Mensis Februarij. Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo. Regni verò nostri anno Quinto

Dattio Magni ꝛc vt supra

Anna Ioannis Pegowski vxor, cedit bonis infrascript,

Alberto Pegowski Scholastico Sandomirien.

Stephanus Dei gra Rex Polonie &c Significamus hijs literis nostris, quo-
rū interest, vniuersis et singulis, earū noticia habituris. Quod cora nobis et apud
acta Cancellarie nostre personaliter constituta Nobilis Anna consors legitima
Nobilis Joannis Pegowski, à quorūb, iure, foro, ac iurisdictione sua propria et co-
petenti recedendo, illiq3 renunciando, huic vero nostre iurisdictioni, se cū succes-
soribus et bonis suis omnibus, mobilibus et imobilibus, quo ad recognitione suam pre-
sentē et illius effectum, incorporan et subjciendo, sana mente aequè ac corpore
existens, non compulsa, coacta aut circumuenta, sed matura cū deliberatione, ac
mariti quoq3 sui memorati Nobilis Joannis Pegowski illi assistentis, presentaneo as-
sensu, vltrò, libere, palam, disertis et expressis verbis recognouit, et hisce literis no-
stris recognoscit. Quia omnī et integro iure suo, quod sibi copetit ad domū lapi-
deam Korbowsca dictam, Varschouiae in Platea Nouae ciuitatis, inter domos lapide-
as Famati Vrae Papagalei ex vna, et Honeste Catherinae Kalcolowa partibus
ex altera, iacente, vigore donationis, à Nobili olim Gregorio Gorysseuski ss.
Dnae Coniugis nostre dispensatore, marito suo priore, sibi facte, cedit, illudq3 vi-
nà cū omnibus et singulis causis et actionibus iudiciarijs, à se quibuscūq3 personis,
debitorū rerumq3 quarumuis occasione, cora quocūq3 iudicio sine terrestri, sine ci-
uili, vel iudicio ac officio Castrensi, instituto, et in quocūq3 puncto, et

gradu viris consistentibus, nullis prorsus exceptis, in personam Venerabilis Alberti Pegowski, Scholastici Sandomiriens, Canonicique et Officialis Varschovien transfert ac transfundit, Nihil omino iuris, dominij, proprietatis, propinquitatis, vsus ac interesse, sibi suisque successoribus, ad domu memoratã, causasque omnes ac res etiam illas, quarũ occasione causæ de institutæ sunt, reseruando. Itaque ex nunc in ipsam domũ lapideam, dat et admittit, eidem Alberto Pegowski, realem intromissionem, et actualem pacificaque possessionẽ, eidem per iudicium Aduocatiale, Varschovien, ex præscripto iuris Culmensis assignandam. Licebit preterea eidem Alberto Pegowski suisque successoribus causas omnes et actiones, sibi ab ipsa Anna Pegowska modo premisso cessas, virtute inscriptionis et cessionis presentes, continuare, deque illis componere, transigere, ac quicquid sibi libuerit, constituere. Ad quæ omnia, sui, præscripta, memoratus Ioannes Pegowski ipsius Annæ maritus, apud eadẽ acta Cancellariæ nostræ personaliter stans, libere consensit, præsentibusque consentit, ac eadem approbat, Quam recognitionem nos suscipi et in acta Cancellariæ nostræ inseri, bi mandauimus. Decernimusque illam robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. Atque in cuius rei fidem sigillum nostrum presentibus est appressum. Actum et Datum Varschomiæ, in Conuentu Regni nostri generali, die Decima Octaua Mensis Februarij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo. Regni vero nostri anno Quinto.

Ratio Magæ vt supra.

Matthias Bech Præpositus

Sandomirien. arendat decimam Opocznen. Ciuibus Opocznen.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c Significamus hiis literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earu noticiam habituris. Quod cora nobis et Actis Cancellarie nostre personaliter constitutus, Venerabilis Matthias Bech Prepositus Sandomirien. et Secretarius noster, a sua quamis propria iurisdictione ac foro competenti recedendo, Imo vero nostre iurisdictiom, quoad recognitione presentem ac illius effectum, se tum bonis suis incorporan. et subjciendo, ultro, libere, pa-tam, diserte ac expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia decima manipularem, ex certis agris ciuilibus Opocznensibus, prouenente, et ad Preposituram Ecclesie Collegiate Sandomirien. antiquitus, a primeua illius fundatione, pertinente, Proconsuli et Consulibus Ciuitatis nostre Opocznen. nunc et pro tempore officio hoc fungentibus ac functuris, ad vite sue extrema tempora, vel tantisper quoad Preposituram hanc obtinebit, arendauit, et in Arendam locauit; arendatq3 iam, et in arendam locat per presentes, literas, submisitq3 ac obligauit se eande decima, quoad vixerit, vel Prepositura hanc tenuerit, neminiq3 alteri esse arendaturu, neq3 in ipsius perceptione et exactione libera Proconsulem et Consules Opocznenses, quamis ratione et modo, turbaturn impediturumq3. Imo vero a quibuscumq3 personis, cuiuscuq3 status, dignitatis et conditionis existentibus, defensurum ac tuiturum. Cuius Arende nomine

Proconsul ipse cum Consulibus, nunc et pro tempore existentibus, tenebuntur ac debebunt, eidem Praeposito singulis annis, ad diem Diuo Nicolao Episcopo, sacrum, Centum ac viginti florenos pecuniae communis, quemlibet florenum triginta grossis computando, dare, soluere, ac numerare, suisque impensis, Sandomiriam, ad manus ipsius, vel in sua absentia Vicepraepositi sui Sandomiriensis deferre ac deportare. Quod si vero temere, nullam iustam et legitimam ob causam, aliquando pretium hoc Centum et viginti florenorum soluere ad praescriptum tempus neglexerint, et arendam hanc decimae istius ipso facto amittent, ita quod liberum erit, ipsi Praeposito, cuicunque velit alteri illam arendare, et vadium, precio illi decimae istius correspondens, centum videlicet et viginti florenos, succumbent. Ex hac autem summa detrahi et defalcari semper debebit, contributio publica, ratione decimae solui debita. Deinde etiam si aliquando casus grandinis segetes ac fruges nondum demessas, in agris illis ex quibus decima haec penditur, corruperit, non tenebitur Proconsul ipse cum Consulibus ad solutionem integrae istius summae, sed id arbitrio bonorum virorum vtrinque assumptorum committi debebit, vt quid et quantum illi decreuerint, ab ipso Proconsule et Consulibus exsoluatur. Ad ea vero omnia suprascripta, Famati Jacobus Wieczorek Proconsul, Martinus Gruszczynski Consul et Laurentius Andreasowicz Notarius Ciuitatis Opoczinensis, suo et aliorum quoque absentium Collegarum suorum nominibus, vigore Plenipotentiae sibi eam ad rem ab illis datae, autenticeque sub Sigillo Ciuitatis Opoczinensis coram nobis productae, consenserunt, illaque se seruaturos, praestaturos et adimpleturos su-

ſeeperũt, ſubmiſerunt, ac obligauerunt, Vtiquidem et per præſentes ſuscipiunt,
ſubmittunt ac obligant, Quam recognitione nos admitti, ſuſcipi, et in acta
Cancellariæ nostræ referri iuſſimus, eandemq3 autoritate nostra Regia ap-
probamus et confirmamus, atq3 robur et pondus ſuũ inſtũ et debitũ illam ob-
tinere debere decernimus. In q3 eorum omnium fidem ſigillũ noſtrũ præſenti-
bus eſt appreſſum. Actum et Datum Varſchouiæ in Conuentu Regni noſtri
generali, die Decimaoctaua Menſis Februarij. Anno Domini, Milleſimo,
Quingenteſimo, Octuageſimo, Primo. Regni vero noſtri anno Vnto.

Regestro Regesti ut ut supra.

Franciſcus Kraſzinski quie-
tat Nicolaum Mieleczki, Pa-
latinum Podolix,

STephanus Dei gra Rex Poloniæ &c. Significamus his literis noſtris quorũ inter-
eſt, vniuerſis et ſingulis, earũ noticiã habituris. Quod coram nobis et apud Acta
Cancellariæ noſtræ, perſonaliter conſtitutus, Gnosus Franciſcus Craſznicki de Kra-
ſzne, à terris, Palatinatibus, diſtrictibus, iure, foro, ac iuriſdictionibus quibuſ-
cunq3 ſuis proprijs et competentibus receden, illisq3 per expreſſum renũciando, huic
vero noſtræ iuriſdictioni, quo ad recognitionem ſuã præſentem et illius effectum,
ſe cũ ſucceſſoribus et bonis ſuis omnibus incorporando ac ſubjicien, ſanus men-
te atq3 ac corpore exiſtens, vltrò, liberè, palam, diſertis et expreſſis verbis
recognouit, et hiſce literis noſtris recognoſcit. Satisfactum eſſe ſibi

plenè, mtegrè ac sufficienter, à Magnifico Nicolao Mielecz/ki de Mielecz Cer/
rarū Podoliæ Palatino, Nouæ Ciuitatis Corczyn Grodecensiq3 Capitaneo, pro debito
quinq3 millium florenor3 pecuniæ cōmunis, quemlibet florenū triginta grossis Polo/
micis cōputando, apud se contracto, et inscriptione Castrensi Nouæ Ciuitatis
Korczyn ab eodem Magnifico Podoliæ Palatino, assecurato. De quo quidem de/
bito, taliter sibi soluto, tum et de inscriptione quoq3 illa, et quauis etiam alia,
sibi super debitū hoc vbicunq3 facta, omnibusq3 illius vadijs, conditionibus et li/
gamentis, eundem Magnificū Palatinū Podoliæ ac suos successores quietauit, præ/
sentibusq3 quietat, et liberū facit, atq3 illam inscriptionē tam in toto, quam in mi/
nima parte, cassat, mortificat, ac in nihilum redigit, sibiq3 et suis successoribus
eiusdem rei nomine, perpetuū silentiū imponit, et viam agendi præcludit.
Quā quietationē nos admisimus, et in Acta Cancellariæ nostræ inscribere
mandauimus. Decernimusq3 illam vim et robur suū obtinere debere. Atq3 in
cuius rei fidem sigillū nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datum
Varschoviæ in Conuentu generali Regni nostri, die Vigesima Mensis Februarij.
Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo. Regni ve/
ro nostri anno Quinto.

Poltio Regis vt vt supra.

Idem quietat Ioannem O/
bomski Vicecapitaneū noux

Ciuitatis Korczyn, de quadringẽtis florenis.

Stephanus Dei grã Rex Poloniæ etc. Significamus his literis nostris, quorũ in- s. u.
terest, vniuersis et singulis, earũ noticiam habituris. Quod coram nobis et apud
acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus Generosus Franciscus Krassin-
ski de Krassne, a terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictioni-
bus quibusuis suis proprijs et cõpetentibus, recedendo, illisq͂ per expressum renunci-
ando, huic vero nostræ iurisdictioni, quo ad recognitionẽ suam præsentẽ et illius
effectum se cum successoribus et bonis suis omnibus incorporañ ac subijciendo, sa-
nus mente æque ac corpore existens, vltro, libere, palam, disertis et expressis
verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Dedisse ac numerasse sibi
Generosum Joannem Ossowski, Vicecapitaneũ Nouæ Ciuitatis Korczyn, quadrin-
gentos florenos pecuniæ cõmunis, quemlibet florenũ triginta grossis Polonicis æsti-
mando, ad rationem summæ Mille et quadringentorũ florenorũ pecuniæ cõmunis,
sibi ab eodem Joanne Ossowski debitæ, inscriptioneq͂ Castrensi Nouæ Ciuita-
tis Korczyn assecuratæ. De qua quidem summa quadringentorũ florenorũ si-
bi vti superius habetur, exoluta, eundem Joannem Ossowski et illius succes-
sores perpetuo quietat, ac liberũ, imunem et absolutũ facit ac pronunciat, atq͂
sibi et suis successoribus eorũ quadringentorũ florenorũ occasione, silentiũ per-
petuũ imponit, et viam agendi præcludit. Ita tamen, vt residuũ debiti supra-

scripti, mille mimirū florenos saluum sibi apud eundem Ioannem Ossows kì
maneat, vtq3 ad illud soluendum ex inscriptionis suæ formula teneatur —.
Quam quietationem nos admisimus, et in acta Cancellariæ nostræ inscribere mā-
dauimus. Decernimusq3 illam vim et robur suū obtinere debere. Atq3 in eius
rei fidem, sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datū Var-
schouiæ in Conuentu generali Regni nostri, die Vigesima Mensis February. An-
no DOMini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo. Regni verò nostri an-
no Quinto.

Ad mandatum Regis &c vt supra.

Nicolaum Kochanowski quietat Martinus Mileiowski de trecentis florenis Hungaricalibus.

S. W. STephanus Dei gratia Rex Poloniæ &c Significamus his literis nostris, quo-
rum interest, vniuersis et singulis, earū noticia habituris. Quod coram nobis et apud
acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus, Nobilis Martinus Mileiowski
à terris Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibusuis suis pro-
priis et competentibus recedēs, illisq3 per expressum renunciando, huic vero nostræ
iurisdictioni, quo ad recognitionē suā presentē, et illius effectum, se cū successoribus
et bonis suis omnibus incorporan ac subijciendo, sanus mente aequè ac corpore existēs
vltro, libere, palam, disertis et expressis verbis recognouit, et hisce literis

nostris recognoscit. Satisfactum sibi esse à Generoso Nicolao Kochanowski pro debito trecentorũ florenorũ Aureorũ Hungaricalium, apud se contracto. et actis Castrensibus Sandomirien obligato. De quo quidem debito, tum et inscriptione quoq; illa Castrensi Sandomiriens, omnibusq; illius conditionibus, vadijs et ligamentis, eundem Nicolaũ Kochanowski et illius successores quietauit, et presentibus quietat, ac liberũ, immune, et absolutum perpetuò facit et pronũciat. Inscriptionemq; illam tam in toto quàm in parte, cassat, mortificat, et in nihilũ redigit, sibi et suis successoribus silentium perpetuũ præmissorũ occasione imponendo, ac ad agendũ viam præcludendo. Quam quidem recognitionem nos suscipi et in Acta Cancellariæ nostræ inscribi mandauimus. Determinusq; eã vim et robur suũ debitũ semper obtinere debere. Atq; in eius rei fidem sigillũ nostrũ presentibus est appressum, Actum et Datum Varschoniæ in Conuentu Regni generali, die Vigesima Mensis Februarij. Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo. Regni verò nostri anno Vnto.

Baltho Mages vt vt supra.

Matharus Pelka quietat Sigismundum Palczowski.

Stephanus Dei gra Rex Polonie &c Significamus his literis nostris, quorũ interest, vniuersis et singulis, eorũ noticia habituris. Quia coram nobis et apud Acta Cancellarie nostre personaliter constitutus, Nobilis Matheus Pelka, de Wlostow à terris Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibusuis suis proprijs et competentibus recedendo, illisq; per expressum renunciãs, huic veró nostre iurisdi-

ctionẽ, quo ad recognitionẽ suam præsentem et illius effectum, se cũ successoribus et bonis suis omnibus incorporando ac subijciendo, sanus mente æquè ac corpore existens, ultro, liberè, palam, diserte et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia Generosum Sigismundum Kalkowski de Kalkowice Burgrabium Cracovien, atq; illius successores, de inscriptione Castrensi Cracovien, qua idẽ Sigismundus Kalkowski obligauerat se, memoratũ Matthæum Petka, ratione quingentorũ florenorum pecuniæ, sibi ab eodem Matthæo Petka numeratæ, quam Nobilis olim Martinus Kaloga Portulanus Vielicien, cuidam Annæ primũ quidem famulæ, postea verò Coniugi suæ testamento legauerat, quamq; apud se, ipse Sigismundus Kalkowski asseruerat, ab omni impetitione iuridica, omniũ et singularũ personarum, statuũ, sexuũ et conditionũ cuiuscuis existentium, ius et interesse ad eandẽ summam se habere prætendentium, prædictum Matthæum Petka, tuturũ, interessurũ, ac enecturũ, eliberaturumq; sub vadio quingentorũ florenorum pecuniæ cõmunis, omnibus præterea eiusdem inscriptionis, conditionibus, et ligamentis, quietauit, vti quidem et per presentes literas nostras quietat, atq; liberum imunem, et absolutũ una cũ suis successoribus perpetuo facit et pronũciat. Illamq; inscriptionẽ Castrensẽ Cracouiẽ, tam in toto quàm in minima parte, cassat, mortificat, et in nihilũ redigit, sibi ac suis successoribus eorunde occasione silentium perpetuum imponendo, et viam agendi præcludendo. Quã quidem recognitionẽ nos suscipi, et in acta Cancellariæ nostræ inscribi mandauimus. Decernimusq; eã vim et robur suũ debitũ semper obtinere debere. Atq; in eius rei fidem, sigillũ nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datum Varschouiæ in Conuentu Regni generali die Vigesima Mensis February. Anno DOmini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo,

mo, Octuagesimo, Primo. Regni vero nostri anno Quinto.

Roltio Magri ut ut supra.

Andreas Zebrzidowski Po-cillator Regni, cauet de debi-to sexingentorum florenorum Procopio Pieniazek.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie &c. Significamus tenore presentium, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis et apud Acta Cancellarie nostre personaliter constitutus, Generosus Andreas Zebrzidowski Pocillator Regie nostre, a terris Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscunque suis propriis et competentibus recedendo, illisque per expressum renunciando, huic vero nostre iurisdictioni, quo ad recognitionem suam presentem et illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus incorporando ac subjiciendo, sanus mente atque ac corpore existens, vltro, libere, palam, diserte et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia Generoso Procopio Pieniazek Aulico nostro eiusque successoribus, tenetur estque debitus, sexingentos florenos pecunie communis, quemlibet florenum triginta grossis Polonicis computando, certi, veri et liquidi debiti. Quam quidem summam sexingentorum florenorum pecunie prefate, successoresque suos, super et de omnibus bonis suis inscribit et obligat, prefato Generoso Procopio Pieniazek siue illius successoribus, pro festo Diui Matthei Apostoli ac Euangeliste, in anno presenti celebrando, dare, soluere, atque circa Acta Castrensia Racouiensia reponere et relinquere, sub vadio simi-

s. n.

li ſexigentorū florenor pecunie communis, in defectu ſolutionis ſumme predicte, ad ſoluendū irremiſſibiliter ſuccumbendo. Pro quo quidem vadio, nec non pro ſumma principali, citatus existens prefatus Generosus Andreas Febr Zydowski, ſiue ſui ſucceſſores citati existentes, ad iudicium ſiue terrestre ſiue Castrense, vel etiam ad officium Capitaneale Castrense, cuiuscunq3 terre et districtus in Regno nostro, ex tunc recedendo a terris, iurisdictionibusq3 ſuis propriis, illi aut iudicio ſeu officio ad quod ipse Andreas Febr Zydowski citabitur, ſiue ipſius poſteri citabuntur, ſe cum eiſdem ſucceſſoribus, bonisq3 ſuis omnibus incorporan et ſubjiciendo, in primo termino tanquā peremptorio, ſtare, parere, et reſpondere, pro vadioq3, nec non pro ſumma principali, totiens quoties opus fuerit, ſatisfacere tenebitur ac tenebuntur. Quidem primum terminum peremptorium, et alios ſubſequentes eiſdem cauſe terminos, nullis dilationibus, moere vel ſimplicis infirmitatis, actione pro maiori, minoritate, ad quietationē receptione, nullisq3 exceptionibus, legalibus impedimentis, legatione intra vel extra Regnum, ſeruitioq3 Reipub. et militari non differendo, Nullasq3 motiones et appellationes, ac earundem per proteſtationes adcitationesq3 proſequutiones faciendo, ac nullis ꝓſcriptionibus, fataliſq3 iuris et euaſionibus penis triū marcarū et triplici, partem ipsam actoream ſiue ipſius ſucceſſores, euadendo, totiens quotiens promiſſis ceſſatus fuerit, vel ſui poſteri fuerint. Quam quidē inſcriptionē nos ſuſcipi, et in acta Cancellarie noſtre inſcribi mandauimus, Decerniusq3 eandē vo, bur et pondus ſum iuſtū et debitū ſemper obtinere debere. Atq3 in cuius rei fi, dē preſentibus ſigillum noſtrum eſt appreſſum. Actum et Datum Varſcheuie in Conuentu Regni noſtri generali die Vigeſima Mensis February. Anno

Dom Mim. Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo, Regni vero nostri Quinto.

Rltio Magci ut supra.

Protestatio Ioannis Bienkowski Dapiferi terræ Przemisliens. et Iacobi Szienienski.

STephanus Dei gra Rex Polonie ut Significamus hijs literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Supplicasse nobis Generosos Joannem Bienkowski Dapiferum terræ Præmisliens. et Jacobum Szienensci de Szienno ut liberum illis fiat, in actis Cancellarie nostre, tam nostris quam Dominorum Antecessorum nostrorum, quærere Reformationem, a Generoso olim Nicolao Szienensci, Dapifero Sanocensi Generose Sophie Sobkowna Coniugi sue factam. Quod cum illis a nobis vti iure debebatur (acta siquidem publica omnia nemini a quoquam sunt deneganda) permissum fuisset, diligenter eosdem in presentia Venerabilis Matthie Blch Prepositi Sandomiriens. et Secretarij nostri, atq; eorundem Actorum Notarij, reformationem hac quæsiuisse. Et cum nusquam reperiri in actis illis omnibus tam nostris quam antecessorum nostrorum posset, protestatos eosdem eadem re coram nobis fuisse, qua ea protestatione nos suscepimus, et in acta Cancellarie nre inscribere mandauimus. Actum et Datum Varschouie in Conuentu Regni nostri generali die Vigesima Mensis Februarij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo. Regni vero nostri anno Quinto.

Rltio Magci ut supra.

Ioannes Zamoiski Cancellarius quietat Martinum Lyczko de certa inscriptione.

cessores, cũ totali plenitudine iuris sui transfundit et condescendit, perpetuè et in aeuum, Etiam ex nunc ipse Nobilis Joannes Falczowski eidem Iwasko de; dit et dat realem intromissionẽ et actualem pacificamq possessionem, tam in hoc ipsum ius, quam in bona recensita, iuxta ius cõmune et consuetudinem, Per ipsũ Iwa; szko Lièczowicz ac suos successores legitimos, prædicta bona sibi transfusa, tenend habenda, vtifruenda, pacificeq ac quiete perpetuè et in aeuum, possidenda, vigore iuris eiusd Joannis Falczowski et ulterius per se quocũq modo et ratione in ea ipsa bona acquisiti vel acquirendi. Quam quidem recognitionẽ transfusoriam, nos rata habentes, in toto approbamus, ac robur debitum et iustũ habituram semper decernimus. Ex qd in eorũ fidem et testimoniũ sigillũ Regni nostri hisce est appressum. Datũ Varschouiæ feria secunda post Dominicã Oculi proxima. Anno Domini Millesi; mo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo. Regni verò nostri Quinto.

Relatio Magci etc vt supra,

Nicolaus Bieleczski transportat inscriptionem in actis Castrensibus Grodnen Bernhardo Macziejowski fact.

Stephanus Dei gra Rex Poloniæ etc Significamus his literis nostris, quorũ interest vniuersis et singulis, earũ noticia habituris. Quod coram nobis et apud acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus, Nobilis Nicolaus Bieleczki, à terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibusuis suis proprijs et competentibus recedendo,

illisq[ue] per expressum renunciando, huic vero nostrae iurisdictioni quo ad recognitio-
nem suam praesentem et illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus in
corporando ac subyciendo, sanus mente aeque ac corpore existens, ultro, libere, palam,
disertis et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia ille
inscriptionem suam, in actis Castrensibus Grodnae anno proxime elapso, Millesimo,
Quingentesimo, Octuagesimo die Vigesima quinta Mensis Nouembris, factam, arendam
et locatione certorum bonoru[m] in eadem inscriptione expressoru[m], Generoso Bernhardo
Zlaczieiowski, Curiae Regni nostri Vexillifero et Boleslavien[si] Capitaneo, in se continen-
tem, satisfaciendo obligationi suae, de transferenda transportandaq[ue] eadem inscriptione ex
illis ipsis actis Castrensibus Grodnensibus, ad acta Cancellariae nostrae, vel quaevis alia
autentica in Regno nostro, facta, ad acta Cancellariae nostrae, transtulit ac trans-
portauit, uti quidem et per praesentes transfert ac transportat atq[ue] illam tam in toto
quam in minima parte, approbat et co[n]firmat, et sub vadio in eadem specificato, se una
cum successoribus suis, quos secum ad id de omnibus bonis suis, mobilibus et immobilibus,
haereditarys et obligatorys, tam his quae ad praesens habet et possidet, quam quae
postmodu[m] quavis iuris ratione et modo, haberet, possideret, acquireretq[ue], obligat ac
inscribit, eandem in toto et in minima parte, seruaturu[m], adimpleturu[m], et exequuturu[m].
Cuius quidem inscriptionis, coram nobis autentice exhibitae, tenor de verbo ad verbu[m]
sunt iste. Roku Panskiego. Tysiacz pieczsethne[go] Osmdziesiatego.
Dwudziestego Piathego dnia Nouembra, w piatek w dzien Swietey Catarzyny.
Stanawszy oblicznie na Vrzedzie J[e]g[o] Krol: M[i]l[o]sci, Grodskim Grodzinskim,
przedemna Iwanem Czipla Podstaroscziem Grodzkim Grodzienskim, Zię,

mianin Corony Polskiey powiathu Lubelskiego, Slachetny Mikolay Bieleczki, ku
zapiſſaniu do xiąg ſam vſtnie wyznal. Iſz on Vrodzonemu Bernardowi Ma-
chieiowſkiemu, Chorązemu Dworu Krola Je° Mczi wſi Luſzczien y Wola Wię-
biczka w Powieczie Vrzedowſkiem, a Ziemi Lubelskiey lezące, ktore temu tho Mi-
kolaiowi Bieleczkiemu przez wyſſey omienionego Bernarda Machieiowſkiego o-
we dwu tyſiączy zlotych pieniedzy, monety y liczby Polskiey ſſą w xięgach
ziemskich Lubelskich zaſtawione, od thego czaſſu do dwu lath tho ieſt, od dnie-
aſſ do + tha bliſko przyſzlego Narodzenia Panſkiego, + gdy będzie piſſano Roku Tyſiącz
drugiego Szeſczſeth, Oſſmdzieſiathe° drugiego, za czteri ſta zlotych pieniedzy, monety y
Swięta liczby Polskiey arendowal. Za ktore czteryſta zlotych arendy ten tho Mikolay
Narodze ma Pan Bieleczki zeznal, ze ſię mu od tegoz Bernarda Machieiowſkiego doſyczſtalo, y
skiego zonych iego quithuie wiecznie. Tenze Mikolay Bieleczki obowiązal ſię tem
zeznaniem ſwem, ze then zapiſſ z tych xiąg, do xiąg ktorychkolwiek, thak Cancellari-
ey Krola Je° Mczi, iako tez Grodzkich y Ziemſkich Coronnych przed wyſcziem
roku ma przenieſcz, pod zakladem czterech ſeth zlotych pieniedzy y monety Pol-
skiey. O ktory zaklad y rzeczy wyſſey omienione, ieſliby ſię then to Miko-
lay Bieleczki dal pozywacz, tedy przed vrzędem Grodzkim Lubelskiem ma odpo-
wiadacz. Ktore zeznanie iego vſtne do xiąg Spraw Grodzkich zapiſſane.
Na czo y wypiſſ z xiąg Je° Mczi Panu Bernardowi Machieiowſkiemu z pie-
częcia vrzedowa wydan ieſth. Piſſan w Grodnie. Andrey Gniewinſki Grodzki
Grodzienſki Piſarz. Quam quidem praemiſſae inſcriptionis transportationem et appro-
bationem, nos ſuſcipi et in acta Cancellariae noſtrae inſcribi mandauimus. Decernimusq[ue]

illam robur sim debitum obtinere debere. Atqꝫ in eius rei fidem sigillum nostrum presentibus est appressum. Actum et Datum Varschouiæ in Conuentu generali Regni nostri die Vigesima Septima Mensis Februarij. Anno Domini, Millesimo Quingentesimo, Octuagesimo, Primo. Regni vero nostri anno Vnto.

Rettio Magri rc vt supra.

Ioannes Boianowski quietat successores Iacobi Rokossowski Thesaurarij Regni.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ rc Significamus hijs literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis et apud acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus, Generosus Ioannes Boianowski Secretarius noster, à terris Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscunque suis propriis et competentibus recedendo, illisqꝫ per expressum renunciando, iurisdictionem verò nostræ iurisdictionem, quò ad recognitionem suam presentem et illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus incorporan ac subijciendo, sanus mente æquo ac corpore existens, vltrò, liberè, palam, disertis et expressis verbis recognouit et hisce literis nostris recognoscit, Satisfactum esse sibi realiter et in effectu, à Magnifico Andrea Opalinski de Bnin Regni nostri Supremo Marschalco, Maioris Poloniæ generali, ac Rohatinensi Capitaneo, Nec non Venerabili Ioanne Liotrowski Secretario nostro, Cracouiensi et Posnaniensi Canonico, tutoribus, liberorum Magnifici olim Iacobi Rokossowski, Regni nostri Thesaurarij, Cracouiensium Suppanorum, atqꝫ per Maiorem et Minorem Poloniam Scholarcharum Præfecti, ac Osterodensium

ensis Capitanei, pro debito duorū millium florenor⁹ pennis cōmunis, quemlibet flo-
renū triginta grossis Polonicis cōputando, per memoratū Magnificum olim Jacobū
Roleßowski apud se contracto, et actis Castrensibus Posnaniensibus, ac Chirogra-
phis quoq⁹ certis eiusdem Jacobi Roleßowski obligato. De quo quidem debito,
inscriptioneq⁹ memorata Castrensi Posnaniensi, ac Chirographis omnibus ipsius
Jacobi Roleßowski, memoratos liberorū Jacobi Roleßowski tutores, sine potius
ipsos liberos, ille ipse Joannes Boinowski perpetuò quietauit. prout et presenti-
bus quietat, atq⁹ liberos, imunes, ac absolutos facit, et pronunciat Inscriptionem de-
miq⁹ ipsam, in actis Castrensibus Posnaniensibus, extantem, et Chirographa quevis,
ad debitū hoc pertinentia, tam in toto quam in parte, cassat, mortificat, et in nihilum re-
digit, sibiq⁹ et suis successoribus eius rei nomine silentium perpetuū imponit, et viam
agendi precludit. Quam quietationem nos suscepimus, et in Acta Cancellariæ nostræ
inscribere mandauimus. Decernimusq⁹ eandem robur et pondus sui⁹ meritū et debitū semper
obtinere debere. Atq⁹ in eius rei fidem sigillum nostrum presentibus est appressum. Ac-
tum et Datum Varschouiæ in Conuentu Regni nostri generali, Die Vigesima septima
Mensis Februarij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo,
Regni vero nostri anno Quinto.

Ad mandatum Regis vt supra.

Limitatio causarum inter Martinum Moscziczki et Oppidanos Moscziczen.

Stephanus Dei grā Rex Poloniæ &c. Significamus Tenore literis nostris, quorum in-
teresse, vniuersis et singulis, eorum notitiā habituris. Quia nos causas et actiones du-

ab, ex literis citationum nostrarū, ad iudicium nostrū denolutas, inter Nobilem Martinum Moszczicki, Cancellariæ nostræ Notarium, actorem ab vna, et Famatos Proconsulem, Consules, Viceaduocatum, Scabinos, ac nonnullos ex Ciuibus Cōmunitatis Ciuitatis nostræ Moszczicen, citatos, partibus ab altera, occasione occupationis et destructionis fundi ipsius hereditarij Woicze nuncupati, penes eandem Ciuitatem consistēn, ac demonstrationis viæ publicæ, nec non valli et fossæ per hunc ipsū fundum. Alteram verò causam, inter eundem actorem, ab vna, et certos Ciues eiusdem Ciuitatis, in literis citationis descriptos, occasione, nullo iure occupationis certarū sortium fundi eiusdem, prout hæc et reliqua alia in literis vtriusq; citationū nostrarū descripta sunt, de consensu actoris, ac partis citatæ, per plenipotentes ipsorū, Famatos Albertum Sulmaszik. Scabinū, et Christophorū Latkoszek Ciuem Moszczicen consentientis, propter discessum nostrū ad bellū Moschouiticum, hinc ad diem trigesimam post festum reditū nostrū ex bello eod', in Regnū nostrū, limitamus et prorogamus. Pro quo quidem termino et die partes memoratæ habitura sunt, coram nobis iudicioq; nostro, terminum talem, qualem ad præsens habere debuerunt. Juribus vtriusq; partis salvis interim manentibus. In cuius rei fidem præsentes sigillo Regni communiri mandauimus. Datum Varschouiæ die Prima Marcij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo. Primo. Regni verò nostri anno Quinto.

Ad mandatum Regis ut supra.

Limitatio causæ inter Stanislaum a Gorka, Palatinum

Posnanien. et Stanislaum Ie zembski Notarium terrestrem Varschovien.

Stephanus Dei gra Rex Polonie &c Significamus hijs literis nostris, quorū vtp.
interest, vniuersis et singulis, earū noticiam habituris. Quia nos causam et actionem, inter Magnificum Stanislaum Comitem a Gorka, Palatinū Posnanien. & Buscen. Colendemq; nostrum Capitaneum, actorem ex vna, et inter Generosum, Stanislaum Ieze, ski, protunc Nottariū terrestrem, Varschovien. nunc verò personā priuatam parte ex altera, occasione Decreti inter eundem Magnificum Palatinū Posnanien. et Cines Posnanien. ob denegationem perceptionis terræ, arenæ, et argillæ in fundo Ciuitatis dicte, vt asserebatur, propriō, post pontem dictum Lacjna, sub prædio Natayo nuncupato, rubetorumq; in insula parua Ostrow dicta, ad reficien. et reparan. aggeres at stratas, ac pontes, molendinumq; extructionis in flumio Varta, et ratione permissionis edificationis domicilioru, in fundo asserto Ciuili, per SRMtem olim Sigismundum Augustum, felicis recordationis prædecessorem nostrū lati, erronèe per Nottariū seu eius substitutū et extra citationis contenta, controuersiam et terminatā scripti, in acta terre, stria Varschovien. relati, ipsisq; Ciuibus Posnanien. extraditi, damnorumq; per id ad Viginti millia florenor taxatorū, solutionis, et eisse extraditi decreti nul, lū robur habitur. declarationis, post mortem Gnōsi olim Gabrielis Iezewski Judicis, et Stanislai Stuzewski Subindicis Terrestriū Varsouien. reinstican.

priores citationes, et eundem gradum iuris, in quo morte prædictorū Iudicis et subiudicis citationes emanatæ steterunt, adcitatū per continuatas limitationes series, tum etiam ex limitatione nostra motu et auctoritate nostra propria in præexpressa causa et citatione, coram nobis iudicioq3 nostro, à partibus memoratis in proximè præterito Conuentu Regni generali hic Varschouiæ celebrato agitata, et controuersa, pro expedienda deliberatione nostra, sententiaq3 definitiua ferenda, ad præsentis Conuentus Regni generalis diem sextam, prima die Conuentus exclusa, facta et prouenien2, hanc eandem causam et actione3 coram nobis controuersam, ad futuri Conuentus Regni generalis, vbicunq3 locorū per nos celebrandi, diem duodecimam ab inchoatione eiusdem, prima tamen Conuentus die exclusa, ex quo pregnantibus Reipublicæ Regni negocijs impediti sumus, motu et auctoritate nostra propria pro expedienda deliberatione nostra, sententiaq3 definitiua ferenda, denuò reijciendā et limitandam esse duximus, prout hac ipsa speciali limitatione nra reijcimus et limitamus. Pro quo quidem die et tempore, habitu re sunt in eode3 Conuentu, Regni gnali partes prædictæ eiusce causæ prosequen2, sui in ea decreti feren2, eiusq3 attentan2 et audien2 terminū talem qualem ad præsens habuerunt, seu habere debuerunt, nullius partiū iuribus læsis, quinimo per omnia permanentibus salvis. In cuius rei fidem et testimoniū2 sigillum nostrū2 præsentibus est appressum. Datum Varsoviæ in Conuentione Regni generali Sabbato prid3 Dominicæ Letare. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo. Regni verò nri Anno.

Alijs Magis ut ut supra.

Limitatio cauſæ inter Stanislaum à Gorka, Palatinum Posnanien, et Ciues Posnanien,

Stephanus Dei grã Rex Poloniæ &c. Significamus tenore præſentium, quorum interest, vniuerſis et ſingulis. Quia nos certis de cauſis animũ nostrũ permouentibus, cauſam et actionem, inter Magcum Stanislaum Comitem de Gorka, Palatinũ Posnaniensem, Buscensem, Colensemq; Capitaneum nostrũ actorem ex vna, et inter Famatos Proconſulem Conſulem, Scabinos, totamq; Cõmunitatẽ Ciuitatis nostræ Posnanien parte ex altera, occaſione reſtitutionis decreti in cauſa et actione per ipsos Ciues Posnanien, eidem Magnifico Palatino Posnanien, ratione denegationis receptionis per ipsũ Palatinũ Posnanien, terræ, arenæ, et argillæ, de locis et fundo Ciuitatis, vt ab eis aſſerebatur, proprio, post pontem dictum Lacſina, ſub prædio Nataũ nuncupato, rubetorumq; in Inſula parua Ostrow dicta, ad reficien et reparan aggeres et Stratas, Kamienna, Spustna, et Czartoria nũcupat ac pontis Ciuilis ibidem existentis, tum ratione extructionis, per ipsũ Palatinũ Posnanien molendini in fluuio Wartha, ac permiſſionis ædificationis domiciliorũ in fundo vt aſſerebatur Ciuitatis, eſtimationis duorũ millium marcarũ pecuniæ, inſtituta, per Serenmũ olim felicis recordationis Sigismundũ Augustũ, lati, quaſi erronee et extra citationis contente, controuerſiam et terminatã ſcripti, et in acta terminorũ terreſtrium Varſouien relati, eiſdemq; Famatis Ciuibus Posnanien per iudicium ſeu officium terreſtre, Varſouien extradiri, atq; ad attentandum eo ipſo idem decretum, erronee ſcriptum et extradi-

tu assertu, nullu robur habere decerni, post mortē Grosi olim Gabrielis
Jezerski Judicis, et Stanislai Struzewski Subjudicis terrestriu Varschouien
remissionando priores citationes, et eundē gradum iuris, in quo morte predicti Ju;
dicis et Subiudicis citationes emanate steterunt, adcitatos per continuat limi;
tationū series, tum etiam ex limitatione nostra, motu et authoritate nostra pro;
pria in præexpressa causa et citatione coram nobis iudicioq3 nostro, à partibus
memoratis, in proximè preterito Conuentu Regni generali hic Varschouiæ cele;
brato, agitata et controuersa pro expediēda deliberatione nostra, sententiaq3
definitiua ferenda, ad præsentis Conuentus Regni generalis diem sextam, prima
die Conuentus exclusa, facta et prouenien, hanc eandem causam et actionem
coram nobis controuersam, ad futuri Conuentus Regni generalis, vbicūq3 locorū per
nos celebrandū diem duodecimam, ex quo Pgnantibus Reipublicæ Regni negocijs
impediti sumus, motu et authoritate nostra propria pro expediēd deliberatione, nra
sententiaq3 definitiua ferenda, denuò reyciēd et limitandā esse duximus: prout
hac ipsa speciali limitatione nostra reycimus et limitamus, atq3 vnà ex equuti;
one eius ipsius decreti inter Magcum Stanislaum Comitem à Gorka Palatinū, et
inter Famatos Proconsulem, Consules, Scabinos, totamq3 Cōmunitatē Ciuitatis Po;
snamiēs, per Serenissimū olim Sigismundū Augustū fœlicis recordationis lati, tam
in toto quam in parte, ad eam ipsam deliberationis nostræ in causa præsenti expe;
ditionem, finaliq3 sententiæ nostræ prolacionem, vsq3 suspendimus et proro;
gamus præsentibus, Pro quo quidem die et tempore, habituræ sunt in eodem
Conuentu Regni generali partes Pdictæ eiusce causæ prosequen, suis in ea de cre;

ti feren eiusq attenden et audien terminu talem, qualem ad presens habuerut seu habere debuerunt; Nullius partium iuribus lesis, quimo per omnia permanentibus saluis. In cuius rei fidem et testimoniu sigillu Regni nostri presentibus est appressum. Datum Varschouie in Conuentione generali Regni Sabbato prid[ie] Dominice Letare - Anno Domini Millesimo, Quingentesimo octuagesimo Primo, Regni nostri anno Quinto

Ipsius Magei rc vt supra.

Limitatio causæ inter Constantinum Corniactum, et Georgium atq; Nicolaum Mniszkr.

Stephanus Dei gra Rex Polonie rc Significamus his literis nostris, quorum vnp. interest, vniuersis et singulis, earu noticia habituris. Quia nos causam et actione inter Generosum Constantinu Corniactum, Thelonearum nostrarum per Russiam Præfectu, citatum ex vna, et Instigatorem nostrum, siue adeo Gnosum Georgium Mnissek Le Magna Kunczicze, Mense nostræ Iniciorem, Sanocen Socalien[sem]q Capitaneum, suamq consortem Hedwigim de Sedekarzowicze, tanquæ delatores partibus ex altera, occasione perductionis lucrorum et perlucrorum, earam officio Castren Lopolien, ab ipso Constantino Corniacto, super memorato Georgio Mnischek Iniciore, atq illius fratre Nicolao Lucovien[si] et Osviecz[en]si Capitaneo, in bonis nostris Regalibus Mierzwicza et alijs ad ea pertinentibus, siue potius sumis pecuniarijs in ijsdem bonis antiquitus iuste et legitimis inscriptis, atq memoratu Georgium Mnischek concernentibus, ad nos ac iu-

dicior nostr Regium, ex vi citationis secundae, contra Constantinu Corniactum ad instantia Instigatoris nostri, ad delationem Georgij Miscbek et suae coniugis Hedwigis cedite, devolutam, de consensu utriusq partis, Georgio vxt Miscbek praesente per se, tam pro se quam pro memorata coniuge sua, (de cuius ratihabitione cauet,) et praesentibus cauet) pro Constantino vero Corniacto, absente, Generoso Ioanne Plaza de Mszyczow, Capitaneo nostro Lubacouien, consenciente, limitandam ac prorogandam esse duximus, vtiquidem limitamus et prorogamus, hisce literis nostris, ad feriam secundam, post festum Diui Ioannis Baptistae imineus, proximam. Quo tempore habituae sunt partes ipsae in causa praesenti, coram nobis et iudicio nostro, terminum peremptorium eundem, quem nunc habuerunt, vel habere debuerunt. Juribus illorum omnibus saluis et in suo robore manentibus. Actum in cuius rei fidem sigillum nostrum praesentibus est appressum. Datum et Actum Varschouiae in Conuentu Regni nostri generali die quarta Mensis Julij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo. Regni vero nostri anno Quinto.

Baltio Magistro vt supra.

Georgius Madaleński Roslano Starzyński cauet de debito centum florenor.

S. u. Stephanus Dei gra Rex Poloniae etc. Significamus tenore literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis earum noticia habituris. Quod coram nobis et apud

acta Cancellarie nostre personaliter constitutus, Nobilis Georgius Madalenski, a terris, Palatinatibus, districtibus, sive, foro, ac iurisdictionibus quibuscunq; propriis et competentibus recedendo, illisq; per expressum renunciando, duce vero nostre iurisdictioni, quo ad recognitionem suam presentem et illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus incorporan ac subjiciendo, sanus mente atque ac corpore existens, ultro, libere, palam, diserte et expressis verbis recognouit, et hisce literis nris recognoscit. Quia Generoso Roslano Starzynski eiusq; successoribus, tenetur esset debitus, centum florenos pecunie communis, quemlibet florenu triginta grossis Polonicis computando, certi, veri, et liquidi debiti. Quam quidem summa centum florenor pecunie prefate, se successoresq; suos, super et de omnibus bonis suis, mobilibus et immobilibus, hereditarijs ac obligatorijs, habitisq; et habendis, inscribit et obligat, prefato Generoso Roslano Starzynski, sue illius successoribus, pro festo Pasche, in anno sequenti, millesimo, quingentesimo, octuagesimo secundo, celebrun, dare, soluere, atq; circa acta Castrensia Vielunensia, reponere et relinquere, sub vadio simili centu florenor pecunie communis, in defectu solutionis summe dicte, ad soluendu irremissibiliter succumbendo. Pro quo quidem vadio, nec no pro summa principali, citatus existens, prefatus Georgius Madalenski, sue sui successores citati existentes, ad iudicium sue terrestre sive Castrense, vel etiam ad officium Capitaneale Castrense, cuiuscunq; terre et districtus in Regno nostro, ex tunc recedendo a terris, iurisdictionibusq; suis propriis, illi autem iudicio sive officio ad quod ipse G. Georgius Madalenski citabitur, sive ipsius posteri citabuntur,

se cum eisdem successoribus, bonisq3 suis omnibus incorporan2 et subijciendo, m̃ pri-
mo termino tanqua2 peremptorio, stare, parere, et respondere, pro vadiog3, nec non
pro s̃ma2 principali, totiẽs quotiẽs opus fuerit satisfacere tenebitur ac tenebuntur.
Eundem primu2 terminum peremptoriu2, et alios subsequentes eiusdem causse ter-
minos, nullis dilationibus vere vel simplicis infirmitatis, actione p̃o maiori, mi-
noritate, ad quẽtatione2 receptione, nullisq3 exceptionibus, legalibus impedimentis,
legatione intra vel extra Regnum, seruitioq3 Reipublice et militari no2 differen-
do. Nullasq3 motiones et appellationes, ac earundem per protestationes adcitatio-
nesq3 prosequutiones faciendo, ac nullis p̃scriptionibus fatalijsq3 iuris et cau-
sidicis, pars trium marcarum et triplici, partem ipsam actoream, sine ipsius succes-
soves euadendo, totiẽs quotiẽs2 p̃missis citatus fuerit, vel sm̃ posteri fuerint.
Quam quidem inscriptione2 nos suscipi, et m̃ acta Cancellarie nostre inscribi man-
dauimus. Decernimusq3 eande2 robur et pondus suu2 instu2 et debitu2 semper obtinere de-
bere. Atq3 in eius rei fidem p̃sentibus sigillum nostrum est appressum. Actu2
et Datum Vorschouie in Comentu generali Regni die quarta Mensis Marcij
Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo. Regni2 nri Quinto.

Rollio Magci2 &c ut supra.

Seuerinus Boner de Baliczе
Villam Jablonicze, Laurentio
Nelli Italo obligat,

62

Stephanus Dei gr̃a Rex Polonie &c Significamus hijs literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earũ noticiã habituris. Quod coram nobis et apud acta Cancellarie nostre personaliter constitutus Generosus Seuerinus Boner de Balicze Capitaneus Rabstinensis, á terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscũq; suis proprijs et cõpetentibus recedendo, illisq; per expressum renũciando, huic vero nostre iurisdictioni, quo ad recognitionem suam presentem et illius effectum, se cũ successoribus et bonis suis omnibus incorporan̄ ac subjciendo, sanus mente equè ac corpore existens, coltri, liberè palam, disertis et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia Villam suam hereditariam, totã et integram, Jablonicze, vnà cũ prædio, in terra Sandomiriẽ et Districtu Pilsnen sitã, obligauit et inuadiauit, præsentibusq; literis nostris obligat et inuadiat, Nobili Laurentio Nelli Italo et illius successoribus, in summa sex millium et trecentorũ florenorum communis, quemlibet florenũ triginta grossis computando, a die proximo festi Pasche ad triũ annorũ spacia proximè et immediatè sequentium decursum, ad festũ nimirũ simile Paschæ, in anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Quarto, celebrandũ. Et in defectu eiusdem totius summæ, pro illo ipso tempore exolutionis, ad aliud simile festũ proximè itidem celebrandum, et sic consequenter de anno ad annũ, annis et festis sacre continuè ac immediatè sequentibus, vsq; ad integram et plenariam illius summæ solutionẽ, bonorumq; ipsorũ exemptionẽ. Jamq; ex nunc memoratus Seuerinus Boner, vnà cum suis successoribus, dat et admittit, memorato Laurentio Nelli ac illius successoribus, in villam prefatam Jablonicze ac prædium etiam in eade

consistens, nec nō omnia et singula bona ad predictū hoc et Villam etiam ipsā pertinen-
tia, fructus quoq3 ac proventus omnes ex illis prouenientes realem intromissi-
nem, et actualem pacificamq3 possessionē, ab eodem per Ministerialē terrestrē
suā generalem, quemcūq3, quem sibi ea ad rem iā presentibus addimus et deputa-
mus, apprehendendam adeundamq3. Obligauitq3 ac inscripsit, se et suos succes-
sores idem seruaturos Bonet, presentibusq3 obligat et inscribit, de et super alijs quibuscū-
bonis suis, mobilibus et immobilibus, hereditarijs et obligatorijs, tam ijs que ad pre-
sens habet et possidet, quam que postmodū quamis iuris ratione, habiturus, posses-
surusq3 esset, nullis prorsus exceptis, intromissionē in eadē bona ac eorundē po-
sessionem, ipsi Laurentio Kelli et eius successoribus, nō esse denegaturū ac prohibitu-
rū, tam per se, quam per, seruos, famulos, clientes, amicos, et alias quasuis in-
structas et subordinatas personas. Pari etiā ratione in possessione et usufructu
eorundem bonorū, non esse illum successores suos, molestaturū, turbaturū, ac qua-
uis ratione impediturum. Imò verò eundem ab omni impetitione, eorū bonorū nomine,
quarūcunq3 personarū, siue in iudicio siue extra iudicio, defensurū, proq3 illo in
iudicio quouis interessurum, ac ab omni damno et quomodo ipsi liberaturū,
Bona etiam illa omnia, munda, libera, ac expedita reddituru, ab omnibus in-
scriptionibus, cuicunq3 et a quocunq3 antea factis. Datum ac datalicioru, censu-
umq3 reemptionaliū, reformationibus, Admitalitatibus, citationibus etiā, Concitatio-
nibus et adcitationibus, brachijq3 Regalis minutescentijs, in eadem bona importat

ac importañ. Lucris quoq3 perlucris ac quibuscūq3 processibus iudiciarijs, ī ijsdem bonis perductis et perducen, et ī quocūq3 puncto et gradu ūris consistentibus, ge-neraliterq3 ab omnibus et singulis ūribus, euicunq3 ad ea bona seruientibus. Ea verò oīa obligauit, se facturū et prestaturū, sub vadio sex millīū et trecentorū florenoz pe-cunie cōmunīb, ī casu nō satisfactionis alicui cōditionī ex premissis, separatim ac se-orsiuè ad soluend irremissibiliter succumben. Pro quo citatus si fuerit, suiq3 suc-cessores fuerint, ad instantiā ipsius Laurentij Nelli aut illius successorū, ad quoā-ūis ūdicīū suū terrestre siue Castren, aut ad officium Capitaneale Castrense, cuiuscū-que terre et distrīctus ī Regno nostro, ex tunc recedēn, ab alio quouis viue, foro, ac ūrisdictione sua propria atq3 cōpetenti, corā illo ipso iudicio siue officio ad quod, cuq3 citaretur, et cui se iam ex nunc cū successoribus et bonis suis omnibus, quo ad ea causam subjicit, et incorporat, ī primo citationīs termino tanquā ī peremptorio, quem etiam ipsemet sibi et suis successoribus ī eadē causa peremptorīū facit, stare, cōpare-re, ab eodemq3 ūdicio siue officio non recedēn neq3 controuersias aliquas hoc ī negō-tio facien, vadium siue vadia illa, quorū nomine citatus esset, plenè ītegrè, realiter et cū effectu, parata ac presenti pecunia, sub alijs similibus separatisq3 vadijs, to-tiès quoties ad soluendū succumbendis, soluere, numerareq3, et ītīlominus obliga-tionī huic sue tam ī toto, quā ī minima parte satisfacere tenebitur et debebit, suiq3 successores tenebuntur et debebunt. Cumq3 primū terminū peremptorīū ac alios etiā ī eadem causa terminos quosuis ibidē semper peremptorios, solutionemq3

vadij sine vadioru͂, ac satisfactione͂ praemissis omnibus, non poterit neq͂ debebit

idem Severinus Boner suiq͂ successores euadere, vera vel simplici infirmitatibus,

actione pro maiori, bello, colloquio, Conuentu generali et particulari, bellica gene;

rali expeditione, incursione (quod nu͂quam eueniat) hostium in Regnu͂ nostru͂, au;

ra pestifera, inundatione aquaru͂, fractura pontiu͂, successoru͂ minorennitate, seruicio

militari et quouis alio tam Reipub. quam nostro, intra et extra Regnu͂ nostru͂, lega;

tione, peregrinatione, et alia quauis absentia sui à Regno nr͂o. Ac quibusuis alijs

legalibus impedimentis, quibus etiam de iure locus in iudicijs dari consueuit. Qui;

bus omnibus tam in genere quam in specie, ita tamen ne generalitas specialitati

vel haec illi in aliquo deroget vel obstet, renunciauit et praesentibus renunciat.

Omnibus praeterea iuris beneficijs ac remedijs, Maximè verò Statutis ac Con;

stitutionibus nouis et antiquis, laudatisq͂ et laudandis. Terraru͂ co͂suetudinibus,

appellationibus, motionibus, prouocationibus, ac ad easde͂ prosequendas citationibus, co;

citationibus, adcitationibus, brachij Regalis innotescen, ac alijs in vniuersum omnibus

iuris beneficijs, Non euadet quoq͂ praemissa, pœna trium et nec ter triu͂ mar;

caru͂, damna intromissione, alijsq͂ quibusuis cautellis iuris. Huic inscriptioni

ad eamq͂ emanatae citation͂, ac iuris progressui, nullos defectus, vicia ac

illegalitatem obijciet, ex eademq͂ inscriptione, aut aliqua ipsius conditione

ad producenda͂ quietatione͂ nusquam dilationem sibi dari petet. Nec quicq͂

omninò in subsidium causae istius suae sumet, quod arte, ingenio, industriaque

humana cominisci excogitarique poterit. Si vero quippiam aliquando ad tutan-
dum se assumpserit, id sibi oberit potius quam proderit, ac eo facto totam suam cau-
sam, vna cum successoribus suis amittet. Praescriptio etiam et temporis diuturnitas
nihil in praemissis obstabit. Quam quidem inscriptionem, nos suscepimus, et in acta
Cancellariae nostrae inscribi mandauimus. Decernimusque illam et omnia in ea compre-
hensa, robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. Atque in
eius rei fidem, sigillum nostrum praesentibus est appressum. Actum et Datum Var-
schouiae, die sexta Mensis Martij, Anno Domini, Millesimo, Quingen-
tesimo, Octuagesimo Primo. Regni vero nostri Quinto.

Relatio Magci etc vt supra.

Laurentius Nelli Italus Florentinus inscribit, sese arendaturum bona infrascripta Seuerino Boner,

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc Significamus his literis nostris, quorum v.p.
interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis, et apud acta
Cancellariae nostrae personaliter constitutus, Nobilis Laurentius Nelli Italus Florenti-
nus, a terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibusuis
suis proprijs et competentibus recedendo, illisque per expressum renunciando, huic

vero nostre iurisdictionis, quo ad recognitionem suam presentem et illius effectum, se
ouum successoribus, et bonis suis omnibus incorporando ac subjciendo, sanus mente atque
ac corpore existens, vltro, libere, palam, diserte et expresse verbis recognouit, et
hiisce literis nostris recognouit. Quia obligauit et presentibus obligat, se et suos suc-
cessores, do et super omnibus bonis suis, mobilibus et immobilibus, hereditarijs et obligan-
torijs, tam ijs que nunc habet, quam que postmodum in Regno nostro, et dominijs ei-
dem, adminotis, haberet possideret, et quocunq; modo acquirèret, nullis prorsus excep-
tis, se post decursum quinq; septimanarum, a presentis inscriptionis actu computan-
dam, Villam Jablonicze vna cum predio, ac ceteris bonis ad ea pertinentibus, sibi a
Generoso Skuerino Boner de Valicze Capitaneo Nabstinen, in summa sex Millium
et trecentorum florenorum pecunie communis, quemlibet florenum triginta grossis Polonicis com-
putando, obligata, eidem Seuerino Boner suisq; successoribus, ad decursum triennij,
a proximo Pasche festo, arendaturum, eisq; arende recognitionem apud acta ca-
strensia Cracouien recognituru, deq; arenda trium illorum annorum tantum, eunde Seue-
rino Boner quietaturu, sub vadio sex millium, et trecentorum florenorum pecde comu-
nis, incasu non satisfactionis premissionis, ab eodem Laurentio Nelli et illius successoribus
Skuermio Boner suisq; successoribus ad soluendum irremissibiliter succumbendo. Pro quo
vadio, tum et pro non satisfactione premissa, si se idem Laurentius Nelli aut sui succes-
sores, citare permiserit, ad quodvis iudicium terrestre, sine etiam iudicium aut officium
um Capitaneale Castrense, quodcunq; cuiuscunq; terre et districtus in Regno mo-
ex tunc recedens, ab alio quouis iure, foro, ac iurisdictione sua propria et sibi com-

pctenb, cora illo ipso iudicio siue officio ad quodcuq; ex præmissis citaretur, et cui
se iam ex nunc cu successoribus et bonis suis omnibus, quo ad causam hanc, subjcit et
incorporat, in primo citationis termino, tanqua in peremptorio, que etia ipsemet sibi et suis
successoribus peremptoriu facit, stare, coparere, ab eodemq; no discedere neq; contra-
uersias aliquas faciendo, vadiu illud pro quo citabitur, plene, integre realiter et cu effe-
ctu, parata et presenti pecunia, dare, soluere et reponere, et insuper inscriptionis huius
sua satisfacere, sub alio simili et separato vadio, totiens quotiens ad soluendu viriliter succumbere, tenebitur et debebit, suiq; successores tenebuntur et debebunt. Cu
vero primu terminu peremptoriu, ac alios etia in ea causa terminos quosuis etiam gen-
per peremptorios, solutionemq; ipsius vadij ac satisfactionis premissis, no poterit neq; de-
bebit, idem Laurentius Relli et sui successores, euadere vera vel simplici insirmitatibus,
actione pro maiori, bello, colloquio, Conuentu generali et particulari, bellica generali ex-
peditione, incursione (quod nunqua eueniat) hostiu in Regnu nostru, aura pestifera,
inundatione aquaru, fractura pontu, successoru minoritate seruitio militari et quomis
alio tam Reipublice qua nro intra et extra Regnu nostru, legatione, peregrinatione, et
alia quamis absentia sui a Regno nro, Aegritudinis alijs legalibus impedimentis, quib-
bus etia de iure locus in iudicijs dari consueuit. Quibus omnibus tam in genere
qua in specie, ita tamen ne generalitas specialitati, vel hec illi in aliquo deroget,
vel obstet, renunciauit et presentibus renunciat. Omnibus preterea iuris benefi-
cijs et remedijs. Maxime vero Statutis ac Constitutionibus nouis et antiquis
laudatis et laudandis. Cerrarii consuetudinibus, appellationibus, motionibus, proue-

cationibus, ac ad easdem prosequendas, citationibus, cocitationibus, adcitationibus bra-
thij Regalis minotescen, ac alijs in vniuersū omnibus viris benesicijs, Non eundet
quoqd præmissa, pœna trium et nec tertium marcarū, danda nitromissione, alysqs
quibuscūs cantellis viris. Huic inscriptioni ad eamqs emanatæ citationi, ac viris
progressui, nullo defectus, vicia, ac illegalitatē obijciet, ex eademqd inscri-
ptione, aut aliqua ipsius cōditione, ad producendā quietationē, nubquā dilationē si-
bi dari debet. Nec quicqd omnino in subsidiū causæ istius sue sumet, quod arte,
ingenio, industriaqd, humana cōminisci excogitariqd poterit, Si vero quippiā ali-
quando ad tutandū se assumpserit, id sibi obesit potius quā prodesit, ac eo facto
totā suā causam vnā cum successoribus suis amittet. Præscriptio etiā et temporis
diuturnitas nihil in præmissis obstabit. Quam quidē inscriptionē nos suscipi, et in
acta Cancellariæ nræ inscribi mandauimus, Decernimusqd illam et ea in ea cōpre-
hensa robur et pondus suum instū et debitū semper obtinere debere. Atqd in eius rei
fidem, sigillū nostrū præsentibus est appressum. Actum et Datum Varsouiæ
die sexta Mensis Martij Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesi-
mo Primo. Regni verò nostri anno Quinto.

Ad mandatum Regis Magni cancellarij vt supra.

Laurentius Nelli Florentinus, resignat ius infrascriptum Seuerino Boner.

Stephanus Dei gratia Rex Polonie etc. Significamus tenore literis nostris, quo-

rũ interest, vniuersis et ſingulis earũ noticiã habituris. Quod coram nobis et apud
Acta Cancellariæ noſtræ, perſonaliter conſtitutus Nobilis Laurentius Nelli Flo-
rentinus, a terris, Palatinatibus, diſtrictibus, iure, foro ac iuriſdictionibus q̃ibuſ-
ſmis propriis et cõpetentibus recedendo, illisq̃ per expreſſum renũciando, huic verò
noſtræ iuriſdictiõi, quò ad recognitionem ſuã præſentem, et illius effectum ſe cũ ſuc-
ceſſoribus, et bonis ſuis omnibus incorporando ac ſubijciendo, ſanus mente atque ac cor-
pore exiſtens, ultrò, liberè palam, diſertis et expreſſis verbis recognouit, et hu-
ſce literis noſtris recognoſcit. Quia de omni et integro iure ſuo, quod ſibi cõpetit
ad debitũ duorũ millium et trecentorũ florenorũ pecuniæ, à Gnoſis Alberto et Joan-
ne Kamieniecziis, in Kamieniecz hæredibus, apud Nobilem Carolum Soderinũ Ita-
lum, contractũ, et in actis Caſtrenſibus Cracouien obligatũ, ab ipſo verò Carolo
Soderino ſibi poſtmodũ ceſſum, vnà cũ lucris, perlucris, vadijs, triplicatis, ac
pœnis q̃ibuſmis, et omni proceſſu iudiciario, ſuper ipſis Alberto et Joanne Ka-
mieniecziis, iſtius debiti occaſione, ex vi inſcriptionis eorundẽ, nomine Caroli So-
derini, apud quoſmis iudicium vel officium perducto, et in quocunq̃ puncto et gra-
du conſiſten, Generoſo Guerino Boner capitaneo Nabſtinen, et illius ſucceſ-
ſoribus ceſſit et cõdeſcendit, quemadmodũ præſentibus cedit et cõdeſcendit, atq̃
illud ipſum debitum, vna cũ inſcriptionibus, tam capitali, quam etiã tranſfuſoria, ſi
bi a Carolo Soderino facta, omnibusq̃ earundẽ inſcriptionũ beneficijs. Nec
non lucra quoq̃ ipſa, perlucra, vadia, pœnas atq̃ proceſſus quoſuis in eun-
dem et eius ſucceſſores, tranſfert, tranſfundit ac tranſportat, et reſignat.

Nihil omnino iuris, dominij, proprietatis et propinquitatis sibi vel suis successoribus ad suprascripta omnia, et singula, reseruando et excipiendo - iamqd ex nunc per presentes in suprascripta omnia dedit ac dat, eidem Seuerino Boner et ipsius successoribus realem intromissionem ex formula iuris. Obligat preterea se et suos successores, omnia munimenta, inscriptiones, ac literas quascunq, ad debitum hoc suprascriptum, et causam etiam eiusdem debiti, nomine instituendi, pertinentes, processibusq ordinariis iudiciarios, eidem Seuerino Boner et ipsius successoribus, primo quoqd tempore, realiter et in effectu dandum. Quam recognitionem nos suscepi et in acta Cancellarie nostre inscribi mandauimus. Decernimusqd illam et omnia in ea deprehensa, robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. Atqd in eius rei fidem sigillum nostrum presentibus est appensum. Actum et Datum Varschouie die Sexta Mensis Martij. Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo octuagesimo Primo. Regni vero nostri anno Quinto.

De mandato Magci ac vt supra.

Laurentius Nelli Florentinus, transportat quietationem infrascriptam, ex actis Castren Cracovien

Stephanus Dei gra Rex Poloniae &c Significamus his literis nostris, quorum interest vniuersis et singulis, earum noticia habituris. Quod coram nobis, et apud

Acta Cancellarie nostre personaliter constitutus Nobilis Laurentius Nelli florentinus,
à terris, Palatinatibus, districtibus, sive, foro, ac iurisdictionibus quibuscunq; suis proprijs
et cõpetentibus recedendo, illisq; per expressum renunciãn, huic verò nostre iurisdictiõi
quò ad recognitionẽ suam presente et illius effectum, secum successoribus et bonis suis orbg
incorporãn ac subijciendo, sanus mente aquè ac corpore existens, vltrò, liberè, palam, di
sertis et expressis verbis recognouit, fatetq; literis recognoscit. Quia recognitionẽ
suã, ad acta Castrẽn Racouien, anno proximè elapso, Millesimo, quingentesimo, octu-
agesimo, feria quarta post festũ Sancti Jacobi Apostoli proxima, factam, qua Generc,
sum Severinũ Boner, Capitaneũ Rabsteinẽ, nomine Nobilis Leonhardi Bonsi Itali
quietamit, de summa trecentoꝝ et quinquaginta florenoꝝ pecuniæ cõmunis, per ipsũ Se-
uerinũ Boner, apud Nobilem Sebastianũ Montelupi mutuata, et in actis Castren Ra-
couienẽ inscripta, ab hoc verò vrsus, apud eadẽ acta Castrẽn Crac, memorato Leonhar,
do Bonsi cessa satisfaciendo obligationi suæ, de transportanda eadẽ quietatione, ex
actis ipsis Castrẽn Racouienẽ, ad quæmis alia vim perpetuitatis habentia, facta, ad
acta Cancellarie nre transtulit ac transportauit: prout et per presentes transfert,
ac transportat, atq; eandẽ in omnibus punctis clausulis articulis, et conditionibus,
approbat et confirmat. Tenꝫ autem quietationis, ab ipso Laurentio Nelli ad acta
Cancellarie nostre allatæ, tenor de verbo ad verbum fuit iste. Comparens perso-
naliter coram officio et actis Castrẽn Capit Racouienẽ Nobilis Laurentius Nelli
Italus, recedendo à terris districtibus, iuribus, iurisdictionibusq; suis quibuscunq; proprijs
et cõpetentibus, et se successoresq; suos cũ bonis suis omnibus, huic iuri et iurisdictioni

ſ'roſenti Caſtren' Capit' Crac' quo ad actum hunc totaliter incorporando et ſubjciendo,
palam, libere, publice, et per expreſſum recognouit. Se accepiſſe, tuliſſe, et in effectu
leuaſſe à Generoſo Sluerino Boner de Bolidje Capitaneo Rabſtinen', ſumma trecen-
toru et quinquaginta florenoy pecunie communis, monete et numeri Polonie, per eundo
Sluerinu Boner, Nobili Sebaſtiano Montelupi in actis preſentibus Caſtren' Ca-
pit' Cracovien' inſcripta, de qua tandem inſcriptione et ſuma trecentoru et quinquagin-
ta florenoy pecunie, idem Sebaſtianus Montelupi Nobili Leonhardo Bonffi Italo,
in actis preſentibus Caſtren' Capit' Cracovien' ceſſit et condescendit. De qua quide
ſuma Trecentoru et quinquaginta florenoy pecunie prefata, taliter recepta, idem Lau-
rentius Kelli, eundem Generoſum Seuerinu Boner tam ex nunc quitauit et qui-
etat, liberuq; et absolutu facit preſentibus. Inſcriptionemq; memorata Caſtren' Capit'
Cracovien', super eiusmodi ſumma, Trecentoru et quinquaginta florenoy pecunie, ſeruien-
tem, caſſauit, mortificauit, et in nihilum conuertit, prout caſſat, mortificat, et in nihilu
conuertit perpetue. Nihilominus idem Laurentius Kelli, ſe ſuosq; ſucceſſores ſuper bonis ſuis
omnibus, prememorato Generoſo Seuerino Bonar eiusq; ſucceſſoribus, inſcribit et obligat,
preſentibus, eundem Generoſum Seuerinum Bonar et eius ſucceſſores, à prenominato Leo-
nhardo Bonffi Italo eiusq; ſucceſſoribus, ac aliis quibuſuis perſonis, ius et intereſſe
ad eande ſumma trecentoru et quinquaginta florenoy pede ſe habere ostenden. eorumq;
impeticione iuridica, per omnes preſcriptiones terrestres, in omni iudicio et officio Regni,
Lucri, defendere, intercedere, totiesq; quoties opus et neceſſe fuerit, ſub vadio ſimilio-
ſume trecentoru et quinquaginta florenoy pecunie, Polon, monete et numeri ſpdicti
Seuerino Bonar et eius ſucceſſoribus, per ſpdictum Laurentiu Kelli et eius ſucceſſo-

res ad soluendum succumben. Et hanc inscriptionem quietatoriam ex his Actis Ca-
strensis Capit. Cracouiens. ad acta quaecunque Regni, vim perpetuitatis in se habentia, praenomi-
natus Laurentius Kelli, praedicto Generoso Seuerino Bonar, et eius successoribus, ante
decursum unius anni, transportare, inscribere, et similem inscriptionem huic facere, et reco-
gnoscere debet et tenebitur, successoresque eius debebunt et tenebuntur, Sub alio simi-
li et speciali vadio Trecentorum et quinquaginta florenorum pecuniae Polonic. praedicto Gnō-
so Seuerino Bonar et eius successoribus, ad soluendum succumben. Pro quibus quidem
vadio vel vadiis, ratione praemissorum non completorum, ad soluendum succubuit, citatus praenomi-
natus Laurentius Kelli vel eius successores citati, ad instantiam praedicti Gnōsi Se-
uerini Bonar vel eius successorum, ad iudicium vel officium Castren. Capit. Cracouiens. ex
tunc recedendo, a terris et districtibus, iuribus, iurisdictionibusque suis alijs quibuscunque,
in primo citationis termino ut in peremptorio, parere, stare respondere, et pro vadio va-
diisque praefatis ac citatis, toties quoties citabitur, vel eius successores citabuntur.
a iudicio vel officio praefatis non recedendo, satisfacere debet et tenebitur, cum suis posteris.
Terminum ipsum primum, et alios consequenter causae terminos, semper peremptorios, vera
vel simplici infirmitatibus, et actione pro maiori non differen., exceptiones, dilationes,
motiones, appellationes, earumque prosequutiones nullas facien., Ad quietationem extra
acta Castren. Capit. Cracouiens. dillatione sibi nullibi recipien., literis decretisque
Regalibus, terris districtibus, praescriptionibus terrestribus, euasionibus, contemnatio-
nibus, nec legalibus impedimentis quibuscunque. Et generaliter nullis alijs causis, aut
modis exquisitis et exquirendis, iudicialiter siue extraiudicialiter fieri solitis, praenomina-
tum Gnōsum Seuerinum Bonar et eius successores, pro praemissis euadendo, Nec

quicquam sibi et suis posteris in auxilium contra inscriptionem presentem assumendo. Sub amissione suæ et suorum successorum totius causæ. Actum in Castro Racouicz feria Quarta post festum Sancti Jacobi Apostoli proxima. Anno DOmini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo. Quam translationem Literæ quietationis, nos suscipi et in acta Cancellariæ nostræ inscribi mandauimus. Decernimusq; eandem robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. Atq; in eius rei fidem sigillum nostrum presentibus est appressum Actum et Datum Varschoniæ die sexta Mensis Martij. Anno DOmini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo. Regni nostri anno QVinto

Rollus Magri ut ut supra.

Ingrossatio reformationis Dotis, à Nicolao Szienienski Dapifero Sanocen, regnante Henrico Rege, coram Actis Cancellaria, Zophia Sobkowna de Sulejow facta, et per negligentiam scribæ in acta non inscripta.

S. u. Stephanus Dei gra Rex Poloniæ ꝛc Significamus his literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Productas monstratasq; fuisse coram nobis literas infrascriptas, in charta membranea conscriptas, sigilloq; maiori appenso signatas, atq; manu Valentini Dembienski Regni Cancellarij subscriptas, reformationis dotis, à Generoso Nicolao Szieniensi Dapifero Sanocensi, Generosæ

Sophia de Suleiow comitissa facta, complectentes, sanas, integras, omni vicio ac suspicione carentes, supplicatumq; nobis est, vt eas in acta Cancellarie nostre inscribere et referre mandare dignaremur. Earum verò tenor de verbo ad verbum iste fuit. Henricus Dei gra Rex Polonie, Magnus Dux Lithuanie, Russie, Prussie, Masouie, Samogitie Kyjouie, Volhinie, Podlachie, Liuonieq; ac Nec non Dux Anduin, Dorbon; orum, Aluernorumq; Comes, Marchie, Foresti, Quercy, Rouergy, Monbssorti &c. Significamus tenore presentium, quorum interest vniuersis et singulis. Quod comparens personaliter, coram nobis et aulis Cancellarie nostre, Generosus Nicolaus Sziemigli de Siemo, et in Villa ——— baro, Dapifer Sanocen, recedens a terris, et districtibus suis quibuscunq; et dominio, se et bona sua omnia mobilia et immobilia, per eum vbicunq; in Regno nostro habita et habenda in hac parte incorporan, publice, libere et per expressum recognouit. Quia post Generosam Sophiam, filiam Magnifici olim Stanislai Sobek de Suleiow, Castellani Sandomirien, ac Regni Polonie Thesaurarij, consortem suam legitimam, recepit et effectualiter leuauit, de manibus Magci Petri de Eborow Palatini Sandomirien, tanquam Tutoris liberi et Effati Magnifici olim Stanislai Sobek Castellani Sandomirien, legitime inscripti, ratione dotis, sex millia florenorum pecunie communis, ratione veri et iusti dotalicij, in et super medietate omnium bonorum suorum hereditariorum et obligatoriorum, mobilium et immobilium, nullis penitus exceptis, ita quod generalitas specialitati, et conuerso, in nullo deroget, per ipsum nunc vbicunq; habitorum et in posterum habendos, inscribit, reformat, dat, donat et dotalicium, presentibusq; dedit, donauit, inscripsit, reformauit et dotalicium, per pre,

fatam Fophiam et eius successores, dona prefata, taliter sibi modo reformatione inscripta, tenen, haben, et possiden, more aliarum reformationu in talibus in Regno ditibus observato. Et insuper idem Nicolaus Gnienslei, similiter receden a terris et districtibus suis quibuscis, se et successores suos, super omnia bona sua, mobilia et imobilia, per eum nunc obicuq3 habita et in posteru habenda, inscribit et obligat, eandem Fophiam et eius successores, occasione reformationis prefate de dotis et dotaliciis ipsius, taliter sibi per eum inscripte, quod videlicet in totali et integra medietate bonorum ipsius supra expressorum, et non in quarta parte extendat, et extendere debet, eandemq3 medietatem omnium bonorum suorum, presens inscriptio reformationis, ipsius onerat et onerare debet, tueri, interredere, eumicere, elibe rare, ac obilibet indemnem reddere, a qualibet persona, statu, sexu et conditionis utriusq3, nec non ab omnibus inscriptionibus, prioribus et posterioribus, reformationibusq3 quibuscis, datum et dotalicionum, per ipsum eiusq3 personarum superdictis bonis factis, reformat, et inscripte. Cum etiam ab omnibus, citationibus, concitationibus, luris ac perluris, progressionibusq3 iuris quibuscis, super prefatis bona importat et importan, perducbis et perducen, generaliterq3 ab omni impetitione iuridica, sub vadio dex millium florenor pecunie communis, eidem Fophie et eius successoribus, totiens quotiens opus fuerit, ad soluendu succumbendo, Prouo quidem vadio, seu vadijs citatus, recedan a terris, et districtibus suis quibuscis, iudicio terrestri Daconen aut Visliciensi, siue etiam Castrensi Cracon aut Nouae Ciuitatis Cracou, vel etiam coram nobis in primo termino

tanquã peremptorie, stare, parere, respondere, pro vadijsq; prefatis satisfacere de-
bebit, et tenebitur, eundem primũ nullumq; alium eiusdem causæ terminũ, vera vel sim-
plici nisirmitatibus, neq; pro maiori differendo, appellationes cũ motiuis, a iudicijs ad
quos citabitur nullas faciẽs, nullisq; alijs cautis exquisit et exquiẽs, eandem Fo-
ghiam et eius successores, pro premissis omnibus et singulis euadẽ, tous quoties
opus fuerit. Quam quidem reformationẽ modo premisso factã, nos ratam, et gratã ha-
bẽs, eandem, approbamus, ratificamus, et confirmamus, in omnibus punctis, articulisq;
robur debitæ ac perpetuæ firmitatis obtinere. In cuius rei fidem, atq; testimoniũ eius-
dem, sigillum nostrũ presentibus est subappensum. Actum et Datum Cracouiæ
in Comitijs generalibus felicis Coronationis nostræ, die tertia Mensis Aprilis, An-
no Domini. Millesimo, Quingentesimo, Septuagesimo, Quarto. Regni verò nostri an-
no feliciter Primo. Valentinus Dembienski R.P. Cancellarius, Relatio Magci Valenti
ni Dembieński de Dembiany Regni Poloniæ Cancellarij. Nos itaq; supplicationi illi
nobis facte, benigne annuẽs, premissas literas, in acta Cancellariæ nostræ inscribere
Stephanus Dei gra Rex Polonie &c Significamus tenore literarum nostrarum, quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticia habituris. Quod coram nobis ad actaq; Cancellarie nostre personaliter constituti, Nobiles Adamus, et Petrus Staresczij, Nobilis olim Joannis Staresczei sendzia dicti filij, stipatores nostri, à terris, Latinatibus, districtibus, mixe, foro, ac iurisdictionibus finibusq; suis propriis et expectantibus recedentes, illisq; per expressum renunciantes, hinc vero nostre iurisdictioni quo ad recognitionem suam presentem et illius effectum, secum successoribus et bonis suis omnibus incorporantes ac subjicientes, sani mente atque ac corpore existentes, vltro, libere palam, distinctis et expressis verbis recognouerunt, et quilibet eorum pro sorte ac interesse suo recognouit. Quia sortes bonorum hereditariorum, Villæ maioris Staresczino se concernentes, ac iure optimo ad se pertinentes, cum omnibus et singulis earundem sortium bonis, fructibus, prouentibus, et emolumentis, nullis prorsus exceptis, Cumq; omni iure, dominio, proprietate et propinquitate, nihil omino iuris, dominij, proprietatis et propinquitatis sibi et suis successoribus, ad easdem sortes relinquendo. Hæ etiam late, longe, et circumferentialiter, prout eædem sortes finibus metis et limitibus consistunt, Nobili Lucæ Staresczei fratri suo germano et illius successoribus, pro certa pecunia summa, iam ab eodem realiter et cum effectu sibi soluta,

et de qua eundē et ipſis ſucceſſoreſ̄ preſentibus quietant. Vendiderūt, prout et
per preſentes vendunt perpetuō et in omnum. omneq3 ius ſuū, hereditariū, quod ad
easdem ſortes ſe concernebat, in ipſū et illius ſucceſſoreſ̄ transferūt ac transfundūt.
Pr ipſum et illius ſucceſſoreſ̄, illas ipſas ſortes, iure ac titulo hereditario, perpe-
tuō tenendas, habendas, poſſidendē, vtendas, fruendas, dandas, donandas, vendendē,
comutandē, alienandē, et preſuo quomis vſu et neceſſitate conuertendē, Iamq3 ex nunc,
dant et admittunt, ſibi illiusq3 ſucceſſoribus, in eaſd ſortes, ipſos concernendē, modo q3
p miſſo à ſe venditas, et in omnia et ſingula earū bona, fructus, prouentus, attinen-
tias et pertinentia, realem intromiſſionē, cū actuali pacificaq3 poſſeſſione, ac vſufru-
ctu, ab ipſo Luca Staregli aut ſuis ſucceſſoribus quocunq3 tempore, per Miſſe-
rialem terreſtrem, ſiue etiam generalem totius Regni noſtri, quemmis, quem nos ſibi
iam eam ad rem per preſentes addimus ac deputamus3 appraxendendam. Obli-
gauerūt autem ac inſcripſerūt, preſentibusq3 obligant et inſcribūt ſeſe vnā cū ſu-
is ſuccedentibus, memorati Adamus et Petrus Starſcij, de et ſuper omnibus bo-
nis ſuis mobilibus et immobilibus, hereditarijs et obligatorijs, tam ijs quae ad preſens
habent et poſſident, quam quae poſtmodum quauis iuris ratione et modo habe-
rent, poſſiderent, acquirerentq3, nullis prorſus exceptis. Cum ſumis quoq3 pe-
cuniarijs quibuſuis, tam paratis, quam in bonis quibuscunq3 et à quocunq3 ſibi in-
ſcript3 et inſcribendis, memoratū Lucam Staregli fratrem ſuū, ac illius ſucceſ-
res in ſpatory bonorū à ſe ipſi venditorū et reſignatorū, poſſeſſione et vſu,
fructu, non modo nunquā eſſe turbaturos, inquietaturosq3, tam per ſe, quā
per quaſvis perſonas interpoſitas ac ſubordinatas, ſed etiam ab aliarū quarumuis

personarū, tam propinquarū, quam etiā alienarū, cuiuscūq; sortis, loci, dignitatis
conditionis existentiū, turbatione molestationeq; ac impetitione sue mixtidica sive
extramixtidica, per omnes prescriptiones terrestres, prout alquamlibet persona ter-
restris præscriptio pertinet, tuturos, defensuros, interessuros, nisq; iudicio quo-
uis euicturos, ac illū prorsus eiusq; successores indemnem reddituros. Deinde eba
bona ipsa munda et libera facturos, ab omnibus inscriptionibus, et obligationibus,
Dotum ac dotalicioy reformationibus, censibus quoq; reemptionalibus et admitali-
tatibus, in ijsdem bonis, a quocunq; et cuicunq; factis et postmodū faciēy. Citation-
bus ebia, adcitationibus, edictationibus, ac brachij Regalis inostesceū, rerū et in-
iuriarū quarūcunq; occasione, ad instantiam cuiuscunq; importat et importan, Iu-
cris præterea, pertuevis, vadijs, pœnis, et quibuscunq; processibus iudiciarijs, a qui-
busuis personis, ex quacūq; occasione in ijsdem bonis obtentis et perducti, obtinendis
ac perducen, et in quocunq; puncto et gradu litis consistentibus. Et generaliter
ab omnibus viribus, quas quispiam ad ea bona haberet, ac eorū pretextu Iuca ipsi
et suis successoribus, negotiū aliquod facesseret. Quæq; omnia et singula, tam in to-
to quā in minima parte, ipsi Adamus et Petrus Starostij, una cū suis succes-
soribus obligauerunt, et hisce literis obligāt, se esse prestaturos, adimpleturos
et exequuturos, realiter et cū effectu, sub dampnis terrestribus, ad simplicem
verbi assertionē, absq; corporali iuramento laxandis, nisq; casu no satisfa-
ctionis alicui ex suprascriptis rebus, seorsim ac separatim succumbendis.
Pro quibus dampnis, tum et ob non satisfactionem premissorū, sive in toto sive in
parte, si ijdem recognoscentes, sive illorū successores, tam coniunctim quam

dimissim se citare permiserint, ad forū suū competens, ex tunc m̄ primo citatio-
m̄is termino tanquā m̄ peremptorio, quē ipsimet sibi et suis successoribus, quō ad præ-
missa peremptoriū faciunt, stare, comparere, ab eodemq3 nō recedēt, neq3 cōtrue-
sias aliquas faciēt, damna illa quorū occasione citati fuerint, realiter et m̄ effe-
ctu, nitegrēq3 ac plenē, parata ac præsenti pecunia, soluere ac reponere, et m̄silomīg
p̄missis omnibus, sub alijs similibus separatisq3 vadijs, satisfacere tenebuntur, et
debebūt. Eumq3 primū terminū peremptoriū, ac alios etiā m̄ eadē causa terminos
quotiens semper quocq3 peremptorios, solutioneq3 damnorū, tum et satisfactionē
p̄missis, nō possunt neq3 debebūt, memorati Adamus et Petrus Starescij v-
na cum suis successoribus, euadere aut saltim differre, vera vel simplici m̄fir-
mitatibus, actione pro maiori, bello, colloquio, Conuentu generali et particulari,
bellicā generali expeditione, incursione, Cquod nunquā eueniat3 hostiū m̄ Regnū
nostrū, aura pestifera, inundatione aquarū, fractura pontiū, successorū mino-
rēnitate, seruitio militari et quomīs alio tam Reipub- quam nro m̄tra et extra
Regnum nostrū, legatione, peregrinatione, et alia quamīs absentia sm̄ a Regno nro.
Ac quibuscumīs alijs legalibus impedimentis, quibus etiā de iure locus m̄ iudicijs da-
ri consueūt. Quibus omnibus tam m̄ genere quā m̄ specie, ita tamen ne ge
neralitas specialitati vel hæc illi m̄ aliquo deroget vel obstet, renūciauē.
runt et p̄sentibus renūciāt. Omnibus preterea iuris beneficijs ac remedijs,
Maximē vero Statutis ac Constitutionibus nouis et antiquis, laudatiq3
et laudandis, Terrarū consuetudinibus, appellationibus, motionibus, pro-
uocationibus, ac ad easdem prosequendas, citationibus cōcitationibus, adei-

tationibus, brachij Regalis minotescentijs, ac alijs mi vniuersi omnibus iuribꝫ be-
neficijs. Non euadet quoꝫ premissa, pœna trium et nec ter trium marcarꝝ.
danda intromissione, alijsqꝫ quibuscunq cautellis iuris. Huic mscriptoni ad eaqꝫ
emanatæ citationi ac iuris progressui, nullos defectus, vicia, ac illegalitatẽ
objiciet, ex eademqꝫ mscriptione aut aliqua ipsius coditione, ad producendꝫ qui-
etationẽ nusquã dilationem sibi dari petet. Nec quicqꝫ omnino mi subsidij cau-
sæ istius sue sumet, quod arte, ingenio, industriaqꝫ humana cõminisci excogi-
tariqꝫ poterit. Si verò quippiam aliquã ad tutandum se assumpserit, id si
bi obesse potius quã prodesse, ac eo facto totam suam causam vnã cũ succes-
soribus sms amittent. Præscriptio etiam et temporis diuturnitas mihil mi-
hi obstabit. Quam recognitionẽ ad eũ modũ factam, nos suscipi et mi acta
Cancellarie nre referri mandauimus. Roburqꝫ et pondus suum mstũ et debit
eand obtinere debere decernimus. Atqꝫ mi eius rei fidem, presentibus sigillũ
nostrũ est appressum. Actum et Datum Varschomiæ in Conuentu Regali ge-
nerali die tertiadecima Mensis Martij: Anno Domini, Millesimo, Quin-
gentesimo, Octuagesimo, Primo. Regni verò nostri anno Quinto.

Baltho Magri rr vt supra.

Andreas Ramulth Aduoca tus in Villa Borek Anna Bogu schomiu dotem, reformat

Stephanus Dei gra Rex Poloniæ rr Significamus hic literis nostris v.g.
quorũ interest, vniuersis et singulis, earũ noticiam habituris. Quod coram

nobis et apud acta Cancellarie nostre personaliter cõstitutus Nobilis Andreas Namulth, Aduocatie in Villa nostra Borek ad Tenutam Gorensem pertinente, possessor, ultro, libere, palam, diserte et expressis verbis recognouit et his sce literis nostris recognoscit, a quouis alio iure, foro, ac iurisdictione sua propria et sibi competenti, recedendo. Huic vero nostre, quo ad recognitionem hanc suam inscriptam et subiciendo. Quia ille prospectum esse volens rationibus coniugis sue Nobilis Anne Boguschowna, dotem nongentorum flor. pecunie, quam se cum eadem accepisse professus est, in dimidia parte summe istius pecunie, que sibi in Aduocatia ipsa nostra Ville Borek inscripta est, ac bonorum quoq; omnium suorum mobilium et immobilium, hereditariorq; et obligatoriorq;, tam eorum que nunc habet, quam etiam eorum que postmodum habiturus est, nullis prorsus exceptis, reformat, inscribit et assecurat, Per ipsam Nobilem Annam, post mortem suam, eam ipsam dimidiam partem summarum, q dictarum, tum et aliorum etiam quorumuis bonorq; suorum mobilium et immobilium, a se derelictorum, in summa hac nongentorq; florq; dotis, tenen habend, possidend, vtend, fruend, gubernand, et secundum arbitrium suum administrand, iure ac modo reformationis in Regno nro fieri solitarum. Qua quidem dotis reformationem, modo q missa facta, nos suscepimus, et ratione summarum Aduocatie nostre in Villa Borek, ad quas etiam presens reformatio se extendit, in eandem consentimus, ac illam approbamus, et confirmamus, vimq; ac robur suum instum et debitum illam semper obtinere debere decernimus. Atq; in eius rei fidem presentibus literis sigillum nostrum est appressum. Actum et

Datum Varschouie die sexta decima Mensis Martij. Anno Domini Mille;

simo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo. Regni vero nostri Quinto.
Poltiæ Maggi ref ut supra.

Marcianus Czarkowski
Aream suam in Ciuitate Brzeste
sitam donat Andreæ Dambski
Notario Castren Brzesten

SCthanus Dei grà Rex Poloniæ &c Significamus hijs literis nostris, quorũ
interest, vniuersis et singulis earũ notitiam habituris. Quod coram nobis et apud Acta
Cancellariæ nostræ personaliter constitutus, Nobilis Marcianus Czarkowski, Nobilis
olim Alberti Czarkowski de Czarkowy Notarij Castren Couliensis filius, à ter-
ris, Palatinalibus, districtibus, vire, foro ac iurisdictionibus quibuscũq; suis propriis et cõ
petentibus recedendo, illisq; per expressum renunciãs, huic verò nostræ iurisdictio-
ni quo ad recognitionẽ suam præsentem et illius effectum, se cum successoribus et bonis
suis omnibus incorporãs ac subjiciendo, sanus mente æquè ac corpore existens, vltro,
liberè, palam, diserte et expressis verbis recognouit, et hisce literis recognoscit. Qui
a Nobili Andrea Dambski Notario Castrẽ Brzestensi illiusq; successoribus, are-
am suam hæreditariam, vnà cum ædificijs omnibus in ea constructis, in Ciuitate nostra
Brzestensi, penes Castrum ex vna, et domum Alberti Pazimie Ciuis Brzestensis
partibus ex altera, sitam, cum omni iure, dominio, proprietate, et propinquitate, Nec
non cũ omnibus vtilitatibus, attinẽ et pertinentijs. Ità etiam latè, longè ac circumfe-
renciaiter, quemadmodum finibus et terminis suis antiquitus continetur: et quem-
admodum eam ipsemet Marcianus Czarkowski hactenus tenuit: habuit et pos-

sedit, Nihil omnino uiris, dominij, proprietatis, propinquitatis, usus ac emunitatis mei, esse, ad eam aream et illius aedificia omnia sibi et suis successoribus, reservando ac excipiendo, dedit, donauit et contulit, praesentibusq3 dat, donat et confert, perpetuè ac in aeuum, donatione pura, mera, simplici, et nunquam reuocabili. Jamq3 in eandem aream, ac aedificia omnia in ea posita, ex eo tempore, dedit ac dat ipsi Andreae Dambski et suis successoribus, realem intromissionem, cui actuali pacificaq3 possessione, per ipsum siue illius successores, tempore quocunq3 apprehendendam, per ministerialem terrestrem, siue generalem quemcunq3 quem iam sibi eam ad rem praesentibus addimus ac deputamus. Quam quidem aream modo premisso sibi donatam, vt, naq3 aedificia quaecunq3 in illo existentia, modo praemisso sibi donata, virtute praesentis donationis, memoratus Andreas Dambski cum suis successoribus, tenebit, habebit, possidebit, ac eadem vtetur ac fruetur, perpetuè et in aeuum: de eademq3 semper quicquid sibi visum foret, constituet. Contradictione cuiusuis inhibitione in eo obstante. Quam verò donationem nos suscipi et in acta Cancellariae nostrae referri mandauimus. Decernimusq3 illam robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. Atq3 in cuius rei fidem, sigillum nostrum praesentibus est appressum. Actum et Datum Varschoviae die sextadecima Mensis Maij. Anno Dñi Millesimo, Quingentesimo Octuagesimo Primo. Regni verò nostri anno Quinto.

Ad Vtiv Skarg. rd vt supra.

Idem Marcianus Czarkowski constituit plenipotentem Paulum Jugoszewski

Stanislaus Dei gra Rex Polonie &c Significamus hijs literis nostris, quorum vyp.
interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis ad actus
Cancellarie nostre personaliter constitutus, Nobilis Marcianus Barkowski, No-
bilis olim Alberti Barkowski de Barkowij Notarij Castren Cualiensis fi-
lius, a terris Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscunque sue
proprijs et competentibus recedendo, illisque per expressum renunciando, huic vero nostre
iurisdictioni, quo ad recognitionem suam presentem et illius effectum, se cum successoribus
et bonis suis omnibus incorporem ac subjiciendo, sanus mente equi ac corpore existens
ultro, libere, palam distertis et expressis verbis recognouit, et hisce literis recogno-
scit. De Nobili Paulo Jugosdowski Vice Notario Castrensi Brzestensi, integram,
plenam, et absolutam potestatem, dedisse et concessisse, quemadmodum et per pre-
sentes dat et concedit, omnes et singulas causas iudiciarias, ad se eiusque, ac etiam
sibi a quocunque, veru ac iniuriarum quarumuis nomine, in quocunque iudicio sue officio,
in Regno nostro, instituas ac intentas, et in quolibet gradu iuris consistentes, nomine
suo agendi, continuandi et perficiendi, Decreta prolata suscipiendi, ac ab eisdem pro-
uocandi, et appellationes quasuis prosequen, iuramenta suscipiendi, et deferendi. Ac
in vniuersum omnia et singula in premissis quoquomodo necessaria et oportuna, pro rati-
one temporu, veru, personarum, ac subsellioru, faciendi, tractandi, et constituendi. Cui
mandatario, quidem id necessarium fuerit, cum eadem sue limitata potestate, in to-
tum substituendi, et eum rursus renocandi. Promisitque ac suscepit, ea omnia,
quecunque ab ipso Paulo Jugosdowski in quibuscunque causis suis iudiciarijs, aut etiam
Illius substituto, nomine suo vigore presentis mandati, facta essent, rata et grata

semper esse cum successoribus suis habituru, ac perinde ducturum, acsi ab ipso
met acta et facta essent. Quam plenipotentis constitutione nos suscipi, et in
Acta Cancellariae nostrae inscribi mandamus. Decernimusq illam robur et pon-
dus sui instrui et debitum semper obtinere debere. Atq in eius rei fidem sigillu
nostru praesentibus est appressum. Actum et Datum Varsouiae, die sexta decim.
ma Mensis Maryj. Anno Domini. Millesimo, Quingentesimo octua-
gesimo Primo. Regni vero nostri anno Quinto.

Ad mandatum Regis ut ut supra.

Albertus Laski Palatinus Sy-
radien, recognoscit debitum
trium millium florenor, Jo
anni Barzij de Błoszew, Pala-
tinidi Cracovien

Stephanus Dei gra Rex Poloniae et Sigmsicomus dis literis nostris
s.u. quorum interest vniversis et singulis, earu noticiam habituris. Quod coram nob
bis ad Acta q Cancellariae nostrae personaliter constitutus Magnificus Alber-
tus Laski a Lasco Palatinus Syradiensis, a terris Palatinatibus, districtibus
iuris, foro, ac iurisdictionibus quibusmis suis propriis et competentibus recedendo, il-
liusq per expressum renuncian, bnie vero nostre iurisdictiom, qua ad recognitio-
nem suam praesentem et illius effectum, se cum successoribus, et bonis suis omni-
bus incorporand ac subjiciendo, animo mente aegre ac corpore existens, ultro,

liberè, palam, diserti6 et expressi6 verbis recognouit, et sisse liberi6 recognoscit. Debere se et suos successores, Generoso Ioanni Barszj de Bto Jem Magnifici olim Stanislai Barszj, Palatini et Generalis Cracouien. filio, ac suis successoribus, tria millia flor. pecuniæ cõmun6, quemlibet florenu tri. ginta grossi6 Polonicis cõputando, certi, veri et ligmdi debiti, mutuatiq3 pe. cuniæ. Quos obligauit et inscripsit, præsentibusq3 obligat et inscribit, de et su. per omnibus bonis suis mobilibus et imobilibus, hereditarijs ac obligatorijs, tam ijs quæ ad præsens habet et possidet, quam quæ postmodu quauis viris ratione, ha. bituris et possessurus est, nullis prorsus exceptis, se et suos successores, eidem Ioanni Barszj suisq illius successoribus, pro festo Paschæ, in anno Domini, Mille. simo, Quingentesimo, Octuagesimo secundo celebrando, realiter et cum effectu, plenèq3 et integrè, solituru, numeraturu, atq3 apud acta Castrensia Lublinen. reposituru et relicturu, sub vadio simili et æquali, trium millium flor. pecuniæ comunis, in casu nõ solutionis debiti ipsis suprascripti, ad tempus præfixum, à memorato Alberto Laski eiusq3 successoribus, Ioanni Barszj et illius successoribus, ad soluendum irremissibiliter succumben. Pro quo vadio simulq3 summa ipsa principalis debiti, citari debebit, memoratus Albertus Laski suisq successores, ad iudiciu terrestre, vel etiam iudicium suæ officin. Capitis Castrensis Cracouien. vel Lublinen., cui se cum successoribus et bonis suis omnibus, quò ad hanc causam, vtreden. ab alio quouis iure, foro, ac iurisdictione sua propria, et competenti, iam ex nunc subijcit et incorporat, Citatus verò ad quodvis Judicium suæ officium ex suprascriptis, coram eodem, in primo citationis termino,

tanquam peremptorio, quem etiam ipsemet sibi et suis successoribus peremptorium
facit, stare et comparere, neque in controversias aliquas sese cum ipso Joanne
Baczij aut suis successoribus ingerendo, vadium illud unà cum summa principalis de-
biti, simul ac semel, parata et præsenti pecunia, à iudicio vel officio illo ad quod-
cunque ex præmissis citabitur, non discedendo, eidem Joanni Baczij aut illius suc-
cessoribus, sub alio simili ac separato vadio, toties quoties ad solvendum irremissi-
biliter succumbendo, dare, solvere, ac tradere, realiter et cum effectu, debebit ac
tenebitur, suique successores debebunt tenebunturque. Cum verò primum terminum
peremptorium, ac alios etiam in eadem causa terminos quosuis semper peremptorios,
solutionemque vadij ac debiti etiam suprascripti, non poterit neque debebit, idem
Albertus Laski evadere aut saltim differre, vera vel simplici infirmitatibus
actione pro maiori, bello, colloquio, Conventu generali et particulari, bellica ge-
nerali expeditione, incursione (quod nunquam eveniat) hostium in Regnum no-
strum, aura pestifera, inundatione aquarum, fractura pontium, successorum minoren-
nitate, servitio militari, et quovis alio tam Reipublicæ quam nostro, intra et
extra Regnum nostrum, legatione, peregrinatione, et alia quavis absentia sui
a Regno nostro. Ac quibusuis alijs legalibus impedimentis, quibus etiam de
iure locus in iudicijs dari consuevit. Quibus omnibus tam in genere quam in spe-
cie, ita tamen ne generalitas specialitati, vel hæc illi in aliquo derogat, vel ob-
stet, renunciavit et præsentibus renunciat. Omnibus preterea iuris beneficijs
ac remedijs. Maximè verò Statutis ac Constitutionibus, novis et antiquis,
laudatisque et laudandis. Terrarum consuetudinibus, appellationibus, motioni-
bus, provocationibus, ac ad easdem prosequendas citationibus, evocationibus,

B

adcitationibus, brachij Regalis minoteseen, ac alijs mi vniuersum omnibus miris
beneficijs. Non euadet quoqd premissa, pena trium et nec ter trium marcarum
danda intromissione, aliisqd quibuscunqs cautellis miris. Hinc inscriptionem, ad eamqd
emanatae citationi ac mirisq progressui, nullos defectus vicia, ac illegalitatem obijciet,
ex eademqd inscriptione, aut aliqua ipsius conditione ad producendam qmcitationem
unsqua dilationem sibi dari petet. Nec qmcqua omino in subsidium causae istius
sue sumet, quod arte, ingenio, industriaqd humana cominisci excogitariqd poterit.
Si verò quippiam aliquando ad tutandum se assumpserit, id sibi obesse potius quàm
prodesse, ac eo facto totam suam causam vna cum successoribus suis amittet. Pre-
scriptio etiam et temporis diuturnitas nihil mi premissis obstabit. Quam quidem
inscriptionis istius recognitionem, coram Actis Cancellariae nostrae factam, nos admisimus,
et in eadem Acta inscribere mandauimus. Decernimusqd eandem robur et pondus su-
um iustum et debitum semper obtinere debere. Quod in eius rei fidem sigillum nostrum
praesentibus est appressum. Actum et Datum Varschoniae, die decima Mensis
Martij. Anno Dni. Millesimo, Quingentesimo Octuagesimo Primo. Regni
vero nostri anno Quinto.

Datio Magri vt supra.

Gasparus Gorski quietat Petrum Iezierski de debito sexaginta florenorum

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus hijs literis nostris quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticia habituris. Quod coram nobis et
apud acta Cancellariae nostrae personaliter constitutus Nobilis Casparus Gorski

a terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscunq;
suis propriis et ꝯpetentibus recedendo, illisq; per expressum renunciando, huic
vero nostre iurisdictioni, quo ad recognitionem suam presentem et illius effectu
se cum successoribus, et bonis suis omnibus incorporan ac subjciendo, sanus mente
atque ac corpore existens, ultro, libere, palam, distincte et expressis verbis
recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Solisse ac numerasse sibi, ple-
ne, integre, realiterq; et cum effectu, Nobilem Petrum Jeziersci, sexaginta flo-
renos pecunie ꝯmunis, debiti apud se contracti, actisq; Castren Posnanensibus
ac Chyrographo suo obligati. De quo quidem debito, sexaginta flos pecunie ꝯmunis,
toto ac integro, inscriptione quoq; memorata Castren Posnanen, omnibusq; illius
vadijs, pœnis, ligamentis, et conditionibus, ac memorato etia Chyrographo, eundē
Petrum Jeziersci ac suos successores perpetuo quietauit, et per presentes quie-
tat, atq; liberu, munem, et absolutu perpetuo facit ac pronunciat. Inscriptionem
demq; illam in actis Castrensibus Posnanen extantē, ac Chyrographum
etiam in toto cassat, mortificat et in nihilum redigit, sibiq; et suis successori-
bus, premissoru omniu nomine silentiu perpetuu imponit, ac viam iure agendi
preludit. Quam quietationem nos suscipi, et in acta Cancellarie nre inscribi
mandauimus. Decernimusq; illam robur et pondus suum iustu et debitum
plenu obtinere debere. Atq; in eius rei fidem sigillum nostru presentibus
est appressum. Actum et Datum Varschonie die sextadecima Mensis
Martij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, octuagesimo Primo.
Regni vero nostri anno Quinto.

Ad mandatum Regie Mtis vt supra

Nicolaus Buccella Physicus Regius constituit plenipotentem Baptistam de Cetis.

Stephanus Dei gra Rex Poloniæ &c. Significamus hijs literis nostris, quorũ interest, vniuersis et singulis, eaꝝ noticia habituris. Quod coram nobis Actisq; Cancellariæ nostræ, personaliter constitutus Egregius Nicolaus Buccella Physicus noster, ab alio quomis iure, foro, ac iurisdictione sua propria et competenti recedendo, huic verò nostræ, se cum successoribus et bonis suis omnibus incorporan et subijciendo, ultrò, liberèq; recognouit, ac hijsce literis recognoscit. Se plenam, integram, et absolutam potestatem et facultatem dedisse, quemadmodũ et per præsentes dat et concedit, Generoso Baptistæ de Cetis Cenutario Bendzinensi, omnium debitorũ suorũ, apud se aquibuscunq; personis quacunq; ratione contractorum, et suis inscriptionibus ad acta authentica qualibet, sue etiam priuatis Chyrographis assecuratoꝝ, nomine suo repetendorũ. Quod ijs, si et in quantum sibi ultrò soluta nõ fuerint, debitores ipsos quosmis, in iure competens vocandi, ac iurè cũ illis agendi. De perceptis ac sibi solutis ijsdem debitis, eosdem debitores quietan. In negocijs suis omnibus et singulis, nullis prorsus exceptis, rerũ quarumuis occasione, contractus et transactiones quaslibet, cũ quibuscunq; personis, faciẽ et perficiendi. Et generaliter omnia et singula negocia sua, ad se quoquomodo pertinentia, nullis exceptis, quæcunq; à se agi oporteret vel necesse esset, nomine suo agendi, conficiẽ, determinan et exequendi. In locum suum si id necessitas aliquando exposceret, alium man;

datariu cum eadem vel limitata potestate substituen, ac eundem revocandj. A
quo sme suo substituto, quicquid in premissis omnibus, vigore presentis istius man-
dati, nomine suo, factum et constitutu fuerit, submisit ac suscepit se ea omnia
rata et grata semper vna cum successoribus suis esse habiturii, perindeq; ductu-
rum, ac si ab ipsomet illa facta constitutaq; essent. Quam plenipotentis consti-
tutionem, nos suscepimus, et in acta Cancellarie nostre inscribere mandauimus. Decer-
nimusq; illam robur et pondus suum iustus et debitu semper obtinere debere. Ac-
tum et Datum Varschouie, die decima septima Mensis Martij. Anno Do mi-
ni, Millesimo, Quingentesimo, octuagesimo primo. Regni vero nostri Quinto.

Dnus Magr rc vt supra.

Hieronymus Angrer Tyro len dimidiam partem bonor Kozielecz et Groczno resignat Helisabethe Hieronymi Schi- ling relicte vidux.

Stephanus Dei gra Rex Polonie rc Significamus his literis nostris
quorum interest, vniuersis et singulis, earu noticia habituris. Quod cora nobis
ad acta Cancellarie nostre personaliter constitutus Nobilis Hieronymus
Hangrer Tyrolensis, ab alio quoniam iure, foro, ac iurisdictione sua propria
et competenti recedendo, et illi renunciando, sme vero nostre, quo ad nego-
cium presens et illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus
subijciendo, vltro, libere, palam, diserte et expresse verbis recognouit, et hi-

sce literis nostris recognoscit. Quia Villarum Kosielecz et Groszno in Palatinatu Pomeranie sitarum, quas iure Emphiteotico concessas possidet, a Rndmo in Christo Patre et Domino, Jacobo Uchanski Dei gratia Archi Episcopo Gnesnensi, Legato Nato et Regni nostri Primate, omnium et singu- lorum bonorum ad eas ipsas Villas antiquitus pertinentium, integram dimidiam partem Nobili Helisabethe, Nobilis olim Hieronymi Schilling relicte vidue, et illius successoribus, accepta ab eadem hoc nomine sufficienti satisfactione (de quo eandem quietat) resignauit, et presentibus resignat; atq3 de facto iam ex eo tempore, ea ipsa bonorum prefatorum dimidia sorte, ac omnibus et singulis, cen- sibus, fructibus et emolumentis, ex ea sorte dimidia prouenientibus, eidem ac suis successoribus cedit. Cum et omne ius, dominium, ac interesse, quodcunq3 sibi auctoritate iuris sui Emphiteotici, ad sortem ipsam dimidiam istorum bo- norum competit, vel competere possit, in memoratam viduam et illius succes- sores, transfert transfundit, ac transportat. Nihil penitus iuris, dominij, proprieta- tis ac cuiusuis interesse ad eam sortem, omnesq3 fructus, census et emolumen- ta, quenis ex ea prouenientia, aut prouentura, sibi suisue successoribus, aut cui- am alteri reseruando. Deditq3 et presentibus dat, idem Hieronymus Sch- ger, toties memorate vidue et illius successoribus, integram potestatem, pos- sessionis istius dimidie sortis, bonorum prefatorum, quandocunq3 sibi videretur, ex formula iuris, se amplius no requisito, apprehendende ac adeunde. Eorundq3 bonorum ex descripto iuris sui Emphiteotici, quod ad ea bona habet, tenendorum, habendorum, possidendorum, vtendorumq3 ac fruendorum, ac ex usu et arbitrio suo

administrandorum, sine sua et successorum suorum, et quarumuis aliarum personarum, quauis contradictione et impedimento. Quo nomine se illam et illius successores submittit et obligat, tuiturum, defensurum, ac ipsam bonorum istorum possessionem quietam, pacificam et liberam semper conseruaturum, et redditurum. Quam recognitionem nos suscepimus, et in acta Cancellariæ nostræ inscribi mandauimus. Decernimusque illam robur et pondus suum iustum obtinere debere. Et in cuius rei fidem sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datum Varschouiæ die Decimaoctaua Mensis Martij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo Octuagesimo, Primo. Regni verò nostri anno Quinto.

Relatio Magnifici etc ut supra.

Ioannes Zamoijski Regni Cancellarius, inscribit debitum duorum millium flor. Balthasaro Gniewosch Aulico Regio.

s. n. STephanus Dei gratia Rex Poloniæ etc Significamus his literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis actisque Cancellariæ nostræ personaliter stans, Magnificus Ioannes Zamoyski de Zamoscie Regni nostri Cancellarius, Belsensis Knischinensis Zamechensisque Capitaneus, recedendo a terris, districtibus, iuribusque et iurisdictionibus suis quibusuis competentibus, huic autem præsenti iurisdictioni, se cum bonis successoribusque suis, quo ad actum et effectum præsentis inscriptionis, incorporans, libere et per expressum recognouit. Quia Generoso Balthasaro Gniewosch Aulico nostro, tenetur estque debitus, duo millia florenorum pecuniæ, numeri et monetæ Polonicæ, quemlibet florenum per trigin-

ta grossos computando. Quam quidem summã Duorum millium florenor pecunie
prefate, se successoresq3 suos super et de bonis omnibus sms, inscribit et obligat,
prefato Generoso Balthasaro Gniemosch, sine illius posteris legitimis, pro festo
Circumcisionis DOMini, proxime in anno futuro celebrand, dare, soluere, et ad acta
Cancellarie nostre reponere et relinquere, sub vadio simili Duorum millium flore-
norũ pecunie prefatã, in defectu solutionis summe predicte succumben. Pro quo quid
vadio nec no pro summa principali, citatus existens, predictus Magnificus Joan-
nes Famoyski Cancellarius, sine ipsius successores citati existentes, ad in-
dicium sue terrestre sine Castrense, aut ad officium Castren Varschomien, ex
tunc recedẽn, à terris, iurisdictionibusq3 suis proprijs, illi autem iudicio seu offi-
cio ad quod ipse Magnificus Joannes Famoyski citabitur, sine ipsius posteri cita-
buntur, se cum eisdem successoribus, bonisq3 suis omnibus incorporan et subijciendo, in pri-
mo termino, tanquã peremptorio, stare, parere, et respondere, pro vadioq3 nec no pro
summa principali, totiẽs quotiẽs opus fuerit, satisfacere tenebitur ac tenebuntur. Et
unde primũ peremptoriũ terminũ, et alios subsequentes eiusdem cause terminos, nul-
lis dilationibus, vere vel simplicis infirmitatis, pro maiori, minoremitate, quietationesq3
vltra acta Cancellarie, receptione, nullisq3 exceptionibus, legalibus impedimentis,
legatione intra vel extra Regnũ, seruitioq3 Reipublice, et militari no differen,
nullabq3 motiones et appellationes, ac earundem per protestationes adcitatio-
nesq3 prosequutiones faciẽn, ac nullis prescriptionibus, fatalijsq3 iuris et euasion-
bus, penis trium marcarũ et triplici, ipsum memoratũ Balthasarũ Gniemosch sine
ipsius successores eundẽ, totiẽs quotiẽs pro premissis citatus fuerit, vel sui poste-
ri fuerint. Quam quidem inscriptionem, nos ratam et gratam habentes eandẽ

in acta Cancellariæ nostræ inſerere inſdimus. Decernimusq3 eandem robur debitæ firmitatis obtinere debere. Quod in eius rei fidem, sigillu3 nostru3 præſentibus est appressum. Actum et Datum Varſoniæ die Decimaoctana Menſis Martij. Anno Domini Milleſimo, Quingenteſimo, Octuageſimo Primo. Regni vero nostri anno Quinto.

Ad mandatum ipſiusmet Magci Joannis de Famoſcie ꝛcſ ut supra.

Limitatio cauſæ inter Marcum Sobieski Aulicum et ſucceſſores Franciſci Milewski Ciuis Lomſen.

Stephanus Dei gra Rex Poloniæ. ꝛc Significamus Tenore literis nostris quorum interest, vniuerſis et ſingulis, earu3 noticia habituris. Quia nos certis causis et rationibus adducti, causam et actione inter Generoſum Marcum Sobieski Aulicum nostru3, tanquã actorem ex vna, et famatos Annã Giotkowna, famati olim Franciſci Milewski viduam relictã, et alios eius dem Milewſki ſucceſſores3 vire conuentos, ex altera partibus, ratione omnium bonorum, mobilium et immobiliu3, morte præfati olim Franciſci Milewſki tanquam illegitimè nati, relictorum, ad nosq3 et diſpoſitionem nostram deuolutoru3, ac præfato Generoſo Marco Sobieski iure caduco à nobis donatoru3, in quocunq3 ſtatu et puncto iuris dependente, motu et authoritate nra propria, limitand3 et prorogandam eſſe duximus, vtiquidem limitamus et

prorogamus præsentibus, hinc ad sex septimanarū decursum, deductionemq; Gene-
alogiæ, ipsius Francisci Dzierzek, quæ ex decreto nostro nuper super sor lato,
cū præfixione termini, coram officio Castren et Ciuili Tomicensi nunc proximè inci-
dit, ad locum idem tempus sex septimanarū suspendimus, locumq; decretum, in suo
robore, partibus vtrisq; ad præscriptū tempus relinquimus. Et habēt habe-
buntq; partes præfata post expirationē sex septimanarū terminū coram nobis,
vel alias iuxta vim et continentiā decreti præfati, coram officio Castrēn et Ci-
uili Tomicēn, talem qualem nūc habuerūt, et habere debuerūt. Ne utrius partis in-
re læsio, imo in toto in debito robore obseruato. In cuius rei fidem sigillū nostrū
præsentibus est appensum. Datum Varschouiæ die Vigesima Prima Mensis
Maryj. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo. Regni
vero nostri anno Vnūto.

Relatio Plagen vt supra.

Thomas Marszewski cauet de debito quinq; millium flor. Nicolao Vhrowiecki.

Stephanus Dei gra Rex Polonie vt Significamus tenore literarū nostrarū, quo- s.r.
rū interest, vniuersis et singulis, earū noticiam habituris. Quod coram nobis et a-
pud acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus, Generosus Thomas
Marszewski, Generosi olim Alberti Marszewski de Buzenin filius, à ter-
ris Palatinalibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscūq; suis pro-
priis et competentibus recedēn, illisq; per expressum renuncian, suis verò nostræ
iurisdictioni, quò ad recognitionem suam præsentē et illius effectum, se cū succes-

scribus et bonis suis omnibus incorporan ac subjicendo, sanus mente atque ac
corpore existens, ultro, libere palam, diserte et expressis verbis recogno
uit pet et fisce literis nostris recognosrit. Debere se et suos successores, Ge
neroso Nicolao Vhrowiczki Dotsmagistro nostro illiusq3 successoribus, Quin
que millia florenor pecunie comunis, quemlibet florenu triginta grossis Polonic
computando, certi, veri et liquidi debiti, mutuataq3 pecunie. Quod quidem de
bitu quinq3 millia florenor pecunie totu et integrum, obliganit et inscripsit, pre
sentibusq3 obligat et inscribit, se et suos successores, de et super omnibus bonis
suis, mobilibus et immobilibus, hereditarijs et obligatorijs, tam jis quae ad
presens habet et possidet, quam quae posmodu quamis iuris ratione et modo ha
biturus, possurus, et acquisiturus est, nullis prorsus exceptis; Cum et sumis
pecunie quibusuis, tam paratis quam in quibuscuq3 bonis inscriptis, memorato Gene
roso Nicolao Vhrowicz dicti aut illius successoribus, in Crastino festi circumcisio
nis Domini, proxime in anno sequenti, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo
secundo, celebrandi, dare, solucre, atq3 circa acta Castren Posnanien repo;
nere et relinquere, repositamq3 et relictam, in absentia Nicolai Vhrowiczki
aut illius successory non effidembere, sub vadio simili Quinque Millium
florenor pecuniae comunis, in casu solutionis debiti illius, pro tempore supe;
rius assignato, ad soluendum irremissibiliter succumbendo. Pro quo vadio
tum et pro suma quoq3 principalis debiti, si se sic ipse Generosus Tho;
mas Marschowski, una cum suis successoribus, citare permiserit, ad iudicium
siue terrestre sme Castrense, vel etiam ad officiu Capitt Castrense quod
cunq3, ac cuiuscunq3 terre et districtus in Regno nostro, vel etiam ad judi;

cm̃ nostrū Regium, assessorumue Curiæ nostræ, post Curiam nostram, aut ad
m̃ dicij quoꝯ generalis Tribunalis Regni, citatione cuiuscuꝯ tenoris, et
quocuꝯ tempore, etiam quo a iudicijs vacari consuenit, ex tunc recedẽ, ab
alio quomõ uire, foro, ac iurisdictione sua propria et competenti, coram illo ipso in:
dicio vel officio, ad quodcuꝯ ex promissis citaretur, et cui se iam ex nunc m̃
ea causa cũ successoribus et bonis suis omnibus, incorporat et subjcit, in pri:
mo citationis termino tanquã in peremptorio, quem etiam ipsemet sibi et suis succes:
soribus peremptoriũ facit, stare, coparere, ab eodemꝯ iudicio vel officio nõ recedẽ
neꝯ aliquas controuersias faciẽ, vadium illud vna cũ debito principali, simul
ac semel, parata et presenti pecunia, realiterꝯ et cum effectu, reponere ac
soluere, sub alio simili ac separato vadio, totiesꝯ quoties ad soluendũ iremissibili:
ter succumbẽ, tenebitur ac debebit, suiꝯ successores tenebuntur ac debebunt.
Eumꝯ primũ terminũ peremptorium, ac alios etiam terminos quosms m̃ eadẽ can:
sa itidem semper peremptorios, solutione vadij istius, ac debiti quoꝯ principa:
lis, nõ poterit nec debebit euadere aut saltim differre, vera vel simplici infir:
mitatibus, actione pro maiori, bello, colloquio, conuentu generali et particu:
lari, bellica generali expeditione, incursione (quod nunquã eueniat) hostiũ
in Regnũ nostrũ, aura pestifera, inundatione aquarũ, fractura pontiũ, succesio:
nũ minoremtate, seruitio militari, et quomõ alio tam Reipublicæ quã nostro, in:
tra et extra Regnum nostrum, legatione, peregrinatione, et alia quauis absen:
tia sui a Regno nostro, Ac quibusmis alijs legalibus impedimentis, quibus
etiam de iure locus in iudicijs dari consueuit. Quibus omnibus tam in gene:
re quam in specie, ita tamen ne generalitas specialitati, vel hæc illi in aliquo

deroget vel obstet, renunciauit et præsentibus renunciat. Omnibus preterea
miis beneficijs ac remedijs. Maxime verò Statutis ac Constitutionibus nouis et
antiquis, laudatisq; et laudandis. Cerrarii consuetudinibus, appellationibus, motio
nibus, prouocationibus, ac ad easde prosequen, citationibus, cocitationibus, ad cij
tationibus, bractij Regalis inotescentijs, ac alijs mi vniuersum omnibus iuris be;
neficijs. Non cuadet quoq; premissa, pœna trium et nec ter trium marcarum
tanda intromissione, alijsq; quibusmis cautellis miris. Ituie inscriptioni, ad
eamq; emanatæ citationi, ac miris progressui, nullos defectus vicia, ac illeg;
galitate obijciet, ex eademq; inscriptione aut aliqua ipsius editione ad procu;
enda quietatione nusquà dilatione sibi dari petet. Recognicquà omino, mi sub;
sidium causæ istius suæ sumet, quod arte, ingenio, industriaq; humana comini;
excogitariq; poterit, Si verò quippiam aliquando ad tutandu se assumpserit, id
sibi obesit potius quam proderit, ac eo facto totam suam causam, vnà cu succes;
ribus suis amittet. Præscriptio etia et temporis diuturnitas nihil mi præmissis obsta;
bit. Quam recognitione ad eu modu factam, nos suscipi et mi acta Cancellariæ
nostræ referri mandauimus. Roburq; et pondus suum iustu et debitu, eandem
obtinere debere decernimus. Atq; mi eius rei fidem præsentibus sigillu
nostrum est appressum. Actum et Datu Varsouiæ die Vigesima Prima
Mensis Marcij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo
Primo. Regni verò nostri anno Quinto

Rellio Magci ut supra.

Idem Thomas Marszewski
cauet de debito quingentor flor
Alberto Tlukomski

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus his literis nostris quo- S. u.
rum interest universis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis et apud
acta Cancellariae nostrae personaliter constitutus, Generosus Thomas Marszew-
ski. Generosi olim Alberti Marszewski de Bugemin filius, a terris Palatinatibus,
districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibusuis suis propriis et competentibus
recedendo, illisque per expressum renunciando, huic vero nostrae iurisdictioni quo
ad recognitionem suam praesentem et illius effectum, se cum successoribus et bonis
suis omnibus incorporando ac subiciendo, sanus mente aeque ac corpore existens,
ultro, libere, palam, disertis et expressis verbis recognovit, et hisce literis
nostris recognoscit. Debere se et suos successores Nobili Alberto Chulkowski
illiusque successoribus, quingentos florenos pecuniae communis, quemlibet florenum
triginta grossis Polonicis computando, certi, veri, et liquidi debiti, mutuataeque pecu-
niae. Quod quidem debitum quingentorum flor. pecuniae, totum et integrum, obligavit
et inscripsit, praesentibusque obligat et inscribit se et suos successores, de et super
omnibus bonis suis, mobilibus et immobilibus, haereditariis et obligatoriis, tam iis
quae ad praesens habet et possidet, quam quae postmodum quavis iuris ratione et mo-
do habiturus, possessurus, et acquisiturus est, nullis prorsus exceptis: tum et sum-
mis pecuniae quibusuis, tam paratis, quam in quibuscunque bonis inscriptis, memorato
Nobili Alberto Chulkowski aut illius successoribus, pro festo Divi Alberti pro-
ximo, dare, soluere, atque circa acta Castrensia Gnesnensia reponere et relinque-
re, repositamque et relictam, in absentia Alberti Chulkowski aut illius succes-
sorum non effidembere, sub vadio simili quingentorum flor. pecuniae communis
in casu non solutionis debiti illius pro tempore superius assignato, ad soluendum
irremissibiliter succumbendo. Pro quo vadio tum et pro summa quoque principalis

debiti, sise sic ipse Gnosus Thomas Marszewski vna cu suis successoribus, ci;
tare permiserit, ad iudicium siue terrestre siue Castrense, vel etia ad officiu
Capit Castren quodcunq, ac cuiuscunq terræ et districtus in Regno nro, vel eti;
am ad iudiciu nostrum Regium assessorumue Curiæ nostræ, post Curiam no;
stra, ac ad iudiciu quoq generalis Tribunalis Regni, citatione cuiuscunq
tenoris, et quocunq tempore, etia quo a iudicijs vacari cosueuit, ex tunc rece;
den ab alio quouis iure, foro, ac iurisdictione sua propria, et copetenti, cora illo
ipso iudicio vel officio, ad quodcunq ex præmissis citaretur, et cui se iam
ex nunc in ea causa, cu successoribus et bonis suis omnibus incorporat et
subijcit, in primo citationis termino tanqua in peremptorio, quem etia ipsemet
sibi et suis successoribus peremptoriu facit, stare, coparere, ab eodeq iudicio vel
officio non recedendo, neq aliquas controuersias facien, vadiu illud vna cu de;
bito principali, simul ac semel, parata et præsenti pecunia, realiterq et cu effectu,
reponere ac soluere, sub alio simili ac separato vadio, toties quoties ad soluendu
irremissibiliter succumbendo, tenebitur ac debebit, suiq successores tene;
buntur ac debebunt. Cumq primu terminu peremptoriu, ac alios etia termi;
nos quosuis in eadem causa itidem semper peremptorios, solutionesq vadij istius
ac debiti quoq principalis, no poterit nec debebit euadere aut saltim differ;
re, vera vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, bello, colloquio, Con;
uentu generali et particulari, bellica generali expeditione, incursione (quod
nunquam eueniat) hostium in Regnum nostru, aura pestifera, inundatione
aquaru, fractura pontium, successoru minorennitate, seruitio militari et
quouis alio tam Reipub. quam nostro, intra et extra Regnu nostru, Lega;
tione, peregrinatione, et alia quauis absentia sui a Regno nostro. Ac qui;

busmis alijs legalibus impedimentis, qmibus etiam de mre loeus m iudicijs dari
suemt. Quibus omnibus tam m genere quam m specie, ita tamen ne generali-
tas Specialitati, vel hec illi m aliquo deroget vel obstet, renuciamt et pre-
sentibus renuciat. Omnibus preterea mris beneficijs ac remedijs. Maxime
vero Statutis ac Constitutionibus, nouis et antiqis, laudatis et laudandis.
Cerraru consuetudinibus, appellationibus, motionibus, prouocationibus, ac ad eas
dem prosequen citationibus, coditationibus, adcitationibus, brachij Regalis minoti-
sentijs, ac alijs m vniuersu omnibus mris beneficijs. Non euadet quoq pre-
missa, pena trium et nec tez trium marcaz, danda mtromissione, alijsq quibus-
mis cautellis mris, stuic mscriptiom ad eamq emanate citationm, ac mris progres-
sm, nullos defectus, vicia, ac illegalitatem objciet, ex eademq mscriptione
aut aliqua ipsius coditione, ad producenda quietatione nusqua dilatione sibi da-
ri petet. Nec quicq ommino, m subsidiu causa istius sua sumet, quod arte, ingenio,
industriaq humana comminisci excogitariq poterit, Si vero quippia aliquan
ad tutandu se assumpserit, id sibi obesit potius quam prodesit, ac eo facto totam
suam causam vna cum successoribus suis amittet. Prescriptio etia et temporis dm-
turnitas nisil m premissis obstabit. Quam recognitionem ad eu modum facta,
nos suscipi et m acta Cancellarie nostre referri mandauimus. Roburq et pon-
dus suum iustum et debitu eande obtinere debere decernimus. Eteq m eius ei
fidem, presentibus sigillum nostru est appressum. Actum et Datum Var-
sauie die Vigesima Prima Mensis Martij. Anno Domini Millesimo, Quingen-
tesimo Octuagesimo, Primo. Regni vero nostri anno Quinto.

Relatio Magri ac vt sup.

Ioannes Borukowski Vice.

Cancellarius Regni fructus Decanatus sui Varschouien. arendat Sigismũdo Dambrowski.

Stephanus Dei gra Rex Polonie &c. Significamus hijs literis nostris, quorũ interest, vniuersis et singulis. Quod comparens personaliter coram nobis, ac ad acta Cancellarie nostre, Dyndus Joannes Borulowski de Bielmo, Regni nostri Vicecancellarius, Prepositus Lancicien. Decanus quoq; Varschouien. recedẽs à terris, et districtibus, ac iurisdictione sua quamlibet propria et cõpetenti, huic verò nostre iurisdictioni, quò ad actum et effectum presentis inscriptionis, se cum bonis et successoribus suis incorporando publicè, liberè, ac per expressum recognouit, se Nobili Sigismundo Dambrowski, omnes et singulos prouentus atq; reditus Decanatus eiusdẽ sui, (excepto vino et melle datiali, de bonis Regijs reporẽt duntaxat) cũ omnibus bonis et villis, predijsq; in eisdem existentibus, ad Decanatũ predictũ Varschouien. pertinẽt, ac vtilitatibus, prouentibus, decimis manipularibus, et pecuniarijs, (atq; facultate pro eisdẽ decimis, nisi sponte per aliquos extraditæ fuerint, mixe agendi, easq; repetendi et exigendi) censibus, tam hic Varschouiæ, quam à colonis Villarũ prouenientibus, diuersis laboribus, datijs, pannis, lanuaminibusq; cunctis, contributione Szep et Messné dicta, piscinis ac generaliter vniuersis, et specialiter singulis prouentibus et obuentionibus, ad Decanatum predictum Varschouien. spectan. eumque

omni illius Decanatus iure, dominioque, quemadmodum ipse Reverendus Regni no-
stri Vice Cancellarius, Decanus, tenuit, habuit, et possedit, vel etiam tenere,
habere et possidere deberet, ad trium annorum decursum, proximè et immedia-
te sese sequentium, à festo Paschae proximè futuro, pro quo arenda prior expi-
rat, et eosdem arendae annos tres, ad simile festum Paschae, in anno Millesi-
mo Quingentesimo, Octogesimo, Quarto, continuando inclusivè, si et in quan-
tum tam diu ipse Reverendus Joannes Borukowski, possessor eius Decanatus fue-
rit, arendasse, et in arendam locasse, atque hisce arendare et locare, pro summa
infrascripta. Ratione cuius quidem arendae, modo praemisso, ad decursum trium anno-
rum inscriptae, idem Nobilis Sigismundus hic idem personaliter stans, se et su-
os successores, recedendo à terra et districtibus suis quibusvis, et huic iurisdictioni
praesenti, se in bonis omnibus suis, haereditarijs et obligatorijs, mobilibus et immobi-
libus, ubilibet et quomodolibet, per se habitis et habendis, quo ad actum praese-
ntem, incorporando, bonaque eiusmodi inscriptioni subijciendo, inscripsit et obligavit, prae-
sentibusque inscribit et obligat, in manus praefati Reverendi Joannis Borukowski Deca-
ni Varschoviensis, anno quolibet, eiusmodi arenda durante, summam infrascriptam dare,
solvere et reponere, videlicet pro anno praesenti, Trecentos et quinquaginta florenos pe-
cuniae, monetae et numeri Polonicalis, singulos per triginta grossos computando. Ad ra-
tionem cuius arendae, summam primi anni, trecentos quinquaginta florenos Polonicales iam
in effectu persolvit, De quibus trecentis et quinquaginta florenis, eundem ipse
Reverendus Joannes Borukowski hic idem personaliter stans, praesentibus qui-
etat. Item pro sequenti anno, trecentos quinquaginta florenos Polonicales ad ra-
tas duas, videlicet, centum septuaginta quinque florenos, pro festo Nativitatis Chri-

et reliquos Centum Septuaginta quinq3 florenos etiã pro festo Pasce &c, Item pro tertio anno, trecentos quinquaginta florenos Polonic, similiter ad duas vatas ꝓscriptas, pro temporibus et festis ꝓscriptis, eidem memorato Rndo Joanni Borukowski Decano Varschovien, dare, soluere, et reponere, sine quauis contradictione et remissione, tenebitur et erit adstrictus, In expiratione vero arende, agros omnes tam prediales, quam desertos bene pro Jsene, quemadmodu nunc recepit, consceminatos, et alia iuxta inuentariu, inter ipsos ꝺescriptu, et mutuo inuicemq3 datu, reddere erit adstrictus, sub vadio trecentorum quinquaginta flor ipsi Decano ad soluendu succumben. Ea tamen conditione adiecta et specialiter expressa, personaliq3 recognitione amborũ partiũ, ac vadio recensito, approbata; quod si dictum Decanu intra hoc tempus arendae trienalis bonis ipsis Decanatus quoquomodo renunciare cõtigerit, ex tunc ipse Nõbilis Sigismundus Dambrowski, nõ plus numerare erit obligatus nomine arendae ex bonis ꝺictis, quam quot prouentus illius anni, vel aliqua eiusdem pars, quo cedere ipsu Nobilem Sigismundu eiusmodi arenda oportueret, extulerit, seu quicquid eu debere ex inita et subducta ratione, compertum fuerit. Insuper idem Nobilis Dambrowski se inscribit et obligat, subditos omnes, incolas Villaru, ad Decanatu recensitu pertinen, in suis bonis et Priuilegijs eoru conseruare et relinquere. Nihilq3 ipsis laboru, onerum, inconsuetoq3 et insolitoru, nisi quod antiquitus constitutu est, imponere, pecuniis etiam no onerare insolitis, et si quos subditos ipsos incurrere, contigerit, eos arbitrio Rndi Decani reseruare, ædificia Curiaru et pro-

dioru ommia, quæcuq; poterūt, subditoru labore reparari, reparanda pro-
te, super bona predicta cõmutatoria facta, et coram certis autenticis actis
recognite, premissa in se plenius continent, in omnibus eiusdem inscriptionis condi-
tionibus, articulis, et ligamentis, prout de verbo ad verbum sunt descripti, imi-
tis exceptis, sua personali recognitione approbauit et ratificauit: prout pre-
sentibus approbat et ratificat, volens eiusmodi inscriptionem cõmutatoriam,
recensitum Illrem et Magnum fratrem ipsius, Supremum Magni Ducatus
Lithuanie Marschalcum, nomine ipsius facti, temporibus perpetuis et cum succes-
soribus suis tante firmitatis et roboris esse, ac si per eundem pro tunc co-
ram actis illis, vel coram nobis facta et recognita esset, prout et ipso
facto firma et valida erit, perpetuis et cuiternis temporibus. Quam

qmdem recognitione eius, modo præmisso coram nobis facta, nos ratam, gra-
tum, firmamq3 habentes, authoritate nostra Regia approbamus, confirmamus
et ratificamus, roburq3 perpetuæ firmitatis illam obtinere debere debereq3 de-
cernimus. In cuius rei fidem sigillum nostrum præsentibus est appressum,
Actum et Datum Dzisiæ die decima Mensis Julij. Anno Domini
Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo. Regni vero nostri Sexto.

Dolth⁹ Illus ac Magcr rc vt supra.

Caspar Maciejowski
ingressum dominium ville
Brudzkow in Joannem
Jarzyna transfert.

Stephanus Dei gra Rex Polonie rc Significamus hiis literis no-
stris, quorum interest, vniuersis et singulis, earu noticiam habituris. Quod
coram nobis ad actaq3 Cancellarie nostre personaliter constitutus, Generosus
Caspar Maciejowski, Stabuli nostri Præfectus, et Lancifurcis Capita-
neus, a terris, Palatinalibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quo-
busuis suis proprijs et competentibus recedendo, illisq3 per expressum renun-
ciando, huic vero nostre iurisdictioni, quoad actum presentem et illius ef-
fectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus, mobilibus et immobilibus
hereditarijs et obligatorijs, tam ijs que ad presens habet et possidet, quam
que postmodu quouis iuris ratione haberet et possideret, nullis prorsus

exceptis, incorporando et subijciendo, sanus mente aeque ac corpore existens
non compulsus neque coactus, ultro, libere, palam, disertis et expressis ver-
bis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia inscriptionem donato-
riam, Villae Brudalcow in Terra Lanciciensi et Districtu Brzezinensi sitae,
sibi à Generoso Joanne Jarczyna Dapifero, coram Actis Cancellariae nostrae
anno superiore, factam, unà cum omni et toto eiusdem inscriptionis iure, do-
minioque proprietate et propinquitate, nihil omnino iuris, dominij, proprietatis
et propinquitatis sibi et suis successoribus, tam ad inscriptionem illam, quam eti-
am ad bona praefata Villae Brudalcow reseruando et excipiendo, in eundem
Joannem Jarczyna et illius successores, transfert et transfundit, de eodemque
iure ac bonis ipsis eidem cedit, eademque illi et suis successoribus resignat.
Atque inscriptionem memoratam, in Actis Cancellariae nostrae extantem, sibique
servientem, cassat, mortificat, et in nihilum redigit, ac illius occasione, sibi et
suis successoribus silentium perpetuum imponit. Quam quidem recognitionem nos susce-
pimus, et in acta Cancellariae nostrae inscribere mandavimus. Decernimusque
eandem robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. Atque
in cuius rei fidem, sigillum nostrum praesentibus est appressum. Actum et Da-
tum, ad Arcem nostram Zawolocze die ultima Mensis July. Anno Domini
Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo, Regni nostri anno Sexto.

Relatio Illustris ac Magnifici etc ut supra.

Limitacio cause inter Calistus et Instigatorem.

Stephanus Dei gra Rex Polonie &c Significamus hiis lite-
ris nostris, quorum interest vniuersis et singulis, earu noticiam ha-
bituris. Quia nob causam et actionem, inter Preconsulem, Consules, ac
totam Comunitatem Ciuitatis nostre Calissiensis, ex vna, ac Instigatorem no-
strum et delatorem Generosum Albertum Swarozki Stipatorem ac Roth-
magistrum nostrum, partibus ex altera, occasione denegate electionis
Peditum, in vsum presentis expeditionis nostre bellice, in bonis et Villis
Comitatus Calissiensis, ex vi citationis nostre ad nos deuolutã, atq3 in se-
riam secundam post festum assumptionis Beatissime Virginis Marie, nunc
imines proximũ, incidentẽ, eõ quod illo tempore propter bellicas nostras
occupationes eandem à nobis cognosci minime posse animaduertemus,
motu et auctoritate nostra propria, ad proximũ Regni nostri generalem
Conuentum, reijciendam et limitandam esse duximus, vti quidem hisce lite-
ris nostris reijcimus et limitamus. Habebunt igitur partes suprascri-
pte, in causa memorata, in proximo Conuentu generali Regni, vbicunq3 loco-
rũ celebrabitur, coram nobis iudicioq3 nostro terminũ talem, qualem vi-
gore citationis pro tempore superius expresso, habuerunt, vel habere de-
buerunt. Iuribus vtriusq3 partis, interim saluis, in q3 robore debito manenti-
bus. Atq3 in eius rei fidem sigillum nostrum præsentibus est appres-
sum. Actum et Datum in Castris nostris ad Arcem nostram Sawol-
ye, die secunda, Mensis Augusti. Anno Domini, Millesimo, Quingen-
tesimo, Octuagesimo, Primo. Regni verò nostri anno Sexto.

Relatio Illris ac Magci &c vt supra.

Nicolaus Lanckoronski literas pertut inscriptionem.

Stephanus Dei gra Rex Polonie &c. Significamus hiis literis nostris
quorũ interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram
nobis et apud acta cancellarie nostre personaliter constitutus, Generosus
Nicolaus Lanckoronski de Brzezie Rothmagister noster, a terris Palatina-
tibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibusmis suis proprijs et ad
petentibus recedendo, illisq3 per expressum renunciando, hunc vero nostre
iurisdictioni, qnò ad infrascripta omnia spese, vna cum successoribus et bonis suis
omnibus, mobilibus et immobilibus, hæreditarijs et obligatorijs, tam ijs que ad
presens habet et possidet, quam que postmodũ quamis iurijs ratione et modo,
haberet, possideret, acquireretue, nullis prorsus exceptis, incorporando et subij-
ciendo, sanus mente æquè ac corpore existens, vltrò, libere, palam, disertis ex-
pressisq3 verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia inseri-
ptionem suam, ad acta Castrensia Busscensia, feria tertia post octauas Cor-
poris Christi proxima, in anno Dñi Millesimo, Quingentesimo, Octuagesi-
mo, à se Nobili Augustino Szymonowski, super summam sexcentorum
florenorũ pecunie, factam: satisfaciendo obligationi suæ, de transferenda ea-
dem inscriptione, ex actis ipsis Castrensibus Busscensibus, ad acta

terrestria Lapolienſia, vel Camenecenſia, aut Cracouienſ, à ſe facte, in ſ
eadem inſcriptione comprachenſe, euadendo gnoſ vadnim hoc nomine in ea;
dem obligatione ſuæ interpoſitum, ex illis ipſis actis Caſtrenſibus Buſcen;
ſibus, ad acta Cancellarie noſtre vim perpetuitatis habentia, loco acto;
rum terreſtrium prefatorum, ad gnæ hoc tempore, propter ſeruitiu bell-
cu, in quo præſens adeſſe tenetur, adeundi sibi facultas non datur, trā;
tulit, transportauitq: vti quidem et præſentibus transfert et transportat,
ac eandem inſcriptionem suā Caſtrenſem Buſtensem, in omnibus punctis, clau
ſulis, articulis, conditionibus et ligamentis, approbat, confirmat. Cuius qui-
dem inſcriptionis, ad acta Cancellarie noſtre ſub ſigillo Caſtrensi Buſtren;
ſi, allata, tenor de verbo ad verbum ſuit iſte. Actum in Caſtro Bu;
ſtensi, feria tertia poſt Octauas Corporis Chriſti proxima. Anno
Domini, Millesimo, Quingenteſimo, octuageſimo, Comparens perſonaliter
coram officio et actis præſentibus Caſtren Capitaneatibus Buſcen, Gene;
roſus Nicolaus Langhoranſki de Brzezie, Rothmagiſter Sac Regie
Dltis, à terris, diſtrictibus, et iuribus ſuis quibuſuis propriis competenti;
bus recedendo, eiſdemq hac in parte renunciando, huic verò iuri et iuris di-
ctioni præſenti Caſtrenſi Buſtenſi, ſe cum omnibus bonis ſucceſſoribusq
ſuis, in toto quo ad actum effectumue præſentis inſcriptionis, ſpectat ac per;
tinet, incorporando ac ſubjiciendo, mente pariter et corpore ſanus, exiſtens,
palam, publicè perexpreſſumq liberè recognouit. Quia ad priorem ſum;
mā Quingentorū viginti quatuor florenor petunie, monete et numeri Po;

lonicalium, Chyrographo proprio ipsius Gnosi Nicolai Ianczkorunski inscripto, summam septuaginta sex florenorum pecuniæ, monetæ et numeri Polonicalium, Nobili Augustino Szemionowski adscribit, adiungit, et associat. Quæ summa simul coniuncta, facit et constituit, summam sexcentorum florenorum pecuniæ, monetæ et numeri Polonicalium, In qua quidem summa supranominata sexcentorum florenorum pecuniæ, ipse Generosus Nicolaus Ianczkorunski, eidem Augustino Szemionowski et suis legitimis successoribus, bona sua hæreditaria, videlicet totam et integram Villam suam, Hæreditariam Jastrzembia, in terra et districtu Cracouiensi consisten, hinc ad festum Natiuitatis Christi proxime venturum, obligauit, inscripsit, et inuadiauit, præsentique inscriptione obligat, inscribit et inuadiat. In defectu verò pro illo tempore exemptionis, ac summæ præfatæ solutionis, ad aliud festum Natiuitatis Christi proximè venturum, Et tandem de anno in annum, a Natiuitate ad Natiuitatem, annis se continuè et immediatè sequentibus, ad exemptionem usque bonorum præfatorum, et summæ præexpressæ persolutionem. Per ipsum Nobilem Augustinum Szemionowski eiusque successores, bona suprascripta, tenen, haben, possiden et utifruen. Cum omni iure, dominio, proprietate, omnibusque eorundem bonorum attinen, pertinen, Fructibus, prouentibus, censibus, laboribus, decimis, dationibus, obuentionibus ac utilitatibus generaliter uniuersis, quibuscunque censeantur nominibus, et cognominibus, nullis penitus exceptis, seu modo quocunque pro se ac successoribus suis reseruatis. Sed omnibus in genere et singulis in specie comprehen, tanquam hic nominatim descripta et spe-

rificata essent, Dando et admittendi, eidem iam ex nunc hic circa.
Acta et coram officio presenti, realem intromissionem, et actualem pa-
cificamq3 possessionem, per Ministerialem terrestrem, et Nobiles quos-
cunq3 sibi ad eand3 capiend. conducend potierit, do iure et officio presenti
addit3 quam intromissione et possessionem interim, dum in bonis prefatis
apprehenditur, nullo modo denegaturu, admissamq3 possessione non prepe-
diturum, nec successores suos prepeditur06, in bonis ps̄fatis inscribit et ob-
ligat, sub similib3 sume vadio, sexingentor3 florenorum, pecunie, monete et
numeri premissorum, ad soluendum in casu non admisse intromissionis, aut
modo quomis prepedite possessionis, irremissibiliter succumbend. Et nihilo-
minus, data sibi Augustino Syemionowsky eius successoribus hu-
iusmodi vsali intromissione cu pacifica possessione in bonis premissa, admissa
debet, tenebitur, ipse idem prenominatus Nicolaus Langleozunsky, premit
iam ex nunc se cum successoribus in bonis suis omnibus hereditarijs obli-
gatorijs, mobilibus et imobilibus, inscribit et obligat, eundem Nobilem
Augustinu Syemionowsky, posteritatemq3 ipsius in eisdem bonis et occu-
pione bonor3 prefatorum, tueri, defendere, eximere, eliberare, pacificare, in-
tercedere, ab omnibus damnis et impedimentis omnium generaliter perso-
narum, status, sexus, et conditionis cuiuscunq existen, ipsum impedien et im-
pedire inten, Nec non ab omnibus iuribus et inscriptionibus prioribus et
posteriorib3, factis et fien, debitis, vinculis, reformationibus dotis
et dotaliciorum, admitalitatumq3 inscript et inscriben. Citationibus, concita-
tionibus, innotescendq3 quibuscunq brachij Regalis, Cum literis perlitteris,

ac progressibus iuris quibuscuq3 in bonis prefatis perductis et perdu-
cen2. Nec solus in bonis prefatis iniuriari, et pacificam possessionem, quo-
uis modo prepedire ac interturbare. Idq3 complere se submisit, sub
alio simili ac speciali vadio sexingentorum florenor pecunie, monete et
numeri Polonie in Regno curren. In defectu premissor tam in toto
quam in quauis minima parte non cōpletor, ad soluendū irremissibiliter
succumben. Insuper etiam ipse recognoscens, se in eisdem bonis sub. sic
ut prefertur omnibus, inscribit, obligat, successo rebq3 suos adstringit,
presentem inscriptionē ex his actis castren, ad acta terrestria Le-
polien vel Camenecen, aut Cracouien infra decursum vnius ani transfer-
re, transportare, similemq3 recognitione facere ac inscribere, sub alio simili
florenio ac speciali vadio, sexigentor flor pecunie cōmunis monetre, ad
soluendū in defectu transportationis irremissibiliter succumben, nulla re
iudiciali et extraiudiciali penisq3 statuti et nec prescriptione quauis ter-
restri, in premissis obstante, Pro quibus quidem omnibus, aut
premissorum aligno, tam in toto quam in minima parte nō complet, tum et pre
vadio sue vadijs prefatis, quacunq3 ex causa transgressis et succubit, citan-
dus prenominatus Nicolaus Langeorunsci, aut eius successores citati
per ipsum Augustinum Semionowski, aut eius posteritatem, ad officiū Ca-
stren Cracouien vel Camenecen. Ex tunc quotiesdūq3 citabitur, a
terris, districtibus, iuribus et iurisdictionibus suis quibuscuq3 proprijs
expeten recedēn, seq3 et successores suos cum bonis omnibus, huic iuri
et iurisdictioni pre officij Castren Cracovien vel Camenecen acce-

presenti incorporando, in primo citationis termino tanquã peremptorio
stare, parere, respondere, inscriptionique presenti in toto, ac pro citatis omnibus
ibidem non recedendo, satisfacere tenebitur, et tenebuntur. Eundem ter-
minũ primũ peremptorium, nulla re exquisita, nec colore excogitato, neque
iudiciali neque extraiudiali, vti vera vel simplici infirmitatibus, actione pro
maiori, Comitiorum et colloquiorum generalium vel particularium celebratione,
literis Regijs privatis et publicis, seruitio et negotio Regiæ Mtis et
Reipublicæ, interregno, absentia a Regno, bellica expeditione, vel generali
motione, hostium in fines Regni incursione, minorennitate successorum, lega-
libusque quibuscunque impedimentis, Statutis, Constitutionibus, iuris vel antiqui
tandatis et laudan, Generali vero nullis dilationibus de iure concessis
et de consuetudine fieri solit, differen. Nec ad quietationem se recipien. contro-
uersijs, exceptionibus, allegationibus, præscriptionibus, fatalijs prorogationibus
euasionibus, motionibus, appellationibus, ad prosequen motiones et purgan
sententias adcitorũibus. Cæteris quoque in vniuersum iuris remedijs ac prolonga-
tionibus, in toto, se cum posteris suis abrenuncian. Nec quicquã in auxili-
um sibi, etiam iuridicum contra inscriptionẽ presentem assumen. Nec quod
statuti, vti trium vel ter trium marcarum pecuniæ se tutan, suæ ac suo-
rum quorum totius causæ sub amissione, vigt solutionis pretex-
ti vadij sui vadiorum. Quod vadium et vadia debent conuerti in sum-
mam essentialem sui principalem. Quibus demum solutis, vtique misceri-
ptioni presenti, et omnibus in ea contentis satisfacere tenebitur, et eius
successores tenebuntur, Nulla terrestri præscriptione abusuque præsentis

inscriptionib; ni premissis obstañ. Quod memoriali firmatum est. Ex
actis Castren Buseñ Ryptn. Quam quidem inscriptionis praemissae
transportationem, á praefato Generoso Nicolao Langlcorúnski modo fi;
missa factam, nos suscipi et in acta Cancellariae nostrae inscribi mandauimq.
Decernimusq3 illam vim et robur suú iustum ac debitum semper obtinere
debere. Qtq3 in cuius rei fidem, sigillum nostrú praesentibus est appres;
sum. Actum et Datum in Castris nostris ad Aviem nostram Fawotoge
terbia die Mensis Augusti. Anno Domini Millesimo Quingentesimo,
Octuagesimo, Primo. Regni vero nostri anno Sexto.

Ad tio Illus et Magci rd vt supra.

Transportatio inscriptionis
per Nicolaum Lanckoronski.

Stephanus Dei grâ Rex Poloniae rd Significamus his literis nostris vig.
quorú interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod cora
nobis et apud Acta Cancellariae nostrae personaliter constitutus Generosus
Nicolaus Langlcorunski de Brzezie Rothmagister noster, a terris Palati;
natibus, districtibus, sive, foro, ac iurisdictionibus quibuscunq3 suis proprijs et
obpetentibus recedendo, illisq3 per expressum renunciando, huic vero nostrae
iurisdictioni, quo ad infrascripta omnia se se, vnà cum successoribus et bonis

ſuis omnibus, mobilibus et imobilibus, hæreditarijs et alligatorijs, tam ijs
quæ ad præſens habet et poſſidet, quam quæ poſtmodum quamis iuris ratione
et modo haberet, poſſideret, acquireretue, nullis prorſus exceptis, incorpo-
randa et ſubijciendo, ſanus mente æque ac corpore exiſtens, ultro, liberè, pa-
lam, diſertis expreſisq3 verbis recognouit, et hiſce literis noſtris recogno-
ſcit. Quia inſcriptionem ſuam, ad acta Caſtren3 Cracovien3 Sabbato poſt
Cinerum proximo, in anno præſenti, à ſe Nobili Stanislao Ciesbleowſki
ſuper ſumma Vndecim Millium florenor3 pecuniæ, factum, ſatisfaciendo obliga-
tioni ſuæ, de transferenda eadem inſcriptione, ex actis ipſis Caſtren3 Cracо-
vien3, ad acta terreſtria Cracovien3 vel Leopolien3, aut etiam Cancellariæ
noſtræ Regiæ, à ſe factæ, inq3 eadem inſcriptione comprehenſæ, euadendo q3cq3
vadium, hoc nomine in eadem obligatione ſua interpoſitum, ex illis ipſis actis
Caſtren3 Cracovien3, ad acta Cancellariæ noſtræ tranſtulit et tranſportа-
uit: vtiquidem et præſentibus transfert et tranſportat, ac eandem inſcri-
ptionem ſuam Caſtren3 Cracovien3, in omnibus punctis, clauſulis, articulis, con-
ditionibus et ligamentis approbat et confirmat. Cuius quidem inſcriptionis ad
acta Cancellariæ noſtræ, ſub ſigillo Caſtren3 Cracovien3 allatæ, tenor
de verbo ad verbum ſuit iſte. Comparens perſonaliter coram officio et
actis præſentibus Caſtren3 Surrogat Capitg Cracovien3, Generoſus Nico-
laus Langlarunſki de Brzezie, Recedendo, à terris, diſtrictibus,
iuribus, iuriſdictionibusq3 ſuis quibuſuis proprijs et competen3, et ſe ſuc-
oſq3 ſucceſſores cum bonis ſuis omnibus iuriſdictioni præſenti in toto, quo
ad actum hunc incorporan3 et ſubijciendo, palam, liberè, publicè, et per ex-

pressum recognouit. Quia Gnōso Stanislao Gieslowski et eius legi-
timis successoribus, tenebur et est debitus, certi, veri, et liqui di debiti, sum-
mam Vndecim millium florenor pecuniæ cōmunis, monetæ et numeri Polonicī in Re-
gno current, quemlibet florenū triginta grossis cōputando. In qua quidē sūma
Vndecim Millium florenor pecuniæ prafata, idem Generosus Nicolaus Lanc-
korunski, eidem Stanislao Gieslowski et eius successoribus, bona sua hæredi-
taria, vidz, totas et integras Villas Brzezie, cum prædio Dambrowa, Gra-
row, Nec non quatuor tabernas dictas Gruslei, circa publicam viam Cra-
dent, sitas. Cum etiam hortulanos et fabrum in Villa prædicta Gruslei consi-
stein, in Terra et districtu Cracouien iacen. Cum omni iure, dominio, et propri-
etate, omnibusq; et singulis bonor præfatorum vtilitatibus, fructibus, prouen-
tibus, redditibus et obuentionibus, attinenq; et pertinen vniuersis, q modolibz
ad eadem bona antiquitus spectan et ex eis prouenien, nullis penitus except,
Nihil iuris, dominij et proprietatis, ac quorumuis vsufructuum et vtilitatū
in eisdem bonis, pro se et suis successoribus reseruan seu excipien, sed prout ea-
dem bona solusmet ipse Gnōsus Nicolaus Lanckorunski ex predecessoribus
suis tenuit, habuit, et possidebat, et ita, prout eorundem bonor hæreditat
se in suis metis et limitibus extendunt, ita quod generalitas specialitati,
et è contra specialitas generalitati, in nullo derogare queat: ab hinc
ad festum Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ, proximè venturū, ob-
ligauit, et modo obligatorio inscripsit, prout obligat et inscribit præsentibus.
Realemq; iam ex nunc prænominatus Generosus Nicolaus Lanckorunski,
ipsi Gnōso Stanislao Gieslowski et eius successoribus, in bona sua ipsa:

ta, vȝt Villas, totas et integras, Brzezie, cum prædio Dambrowa, Szarow, nec non quatuor Tabernas dictas Gruszi, circa publicam viam Crac tendent sitt. Cum etiam hortulanos et Fabrum in Villa prædicta Gruszi consistēn, in Terra et districtu Cracovien, iacen, modo præmisso ipsi in suma pecunie præfata, obligata dedit, et dat, admittitq3 præsentibus, intromissionem, et actualem pacificamq3 possessionem, per Ministerialem terrestrem, quemcunq3 sibi idem Stanislaus Gieszkowski cum suis successoribus ad intromittēn eligendum duxerit, ei et eis per officium præsens, iam ex nunc ad id addit Per ipsum Generosum Stanislaum Gieszkowski eiusq3 successores, bona præ nominata, vȝt totas et integras Villas Brzezie, cum prædio Dambrowa, Sza- row. Nec non quatuor Tabernas dictas Gruszi, circa publicā viam Crac tendent sitt. Cum etiam hortulanos et Fabrum in Villa ꝑdicta Gruszi consi- stend, in Terra et districtu Cracovien iacen, modo præmisso ipsi in suma pecu- nie præfata, vndecim Millium florenȝ obligata et inscripta, Cum eodem omni iure, dominio et proprietate, vtilitatibq3, fructibus, prouentibus, redditi- tibus et obuentionibus, ac attinen et pertinen vniuersis, nullis penitus excep- tis, ita vt præmissum est ab hinc ad festum Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ, proxime venturum. Et ibidem in defectu pro eodem fe- sto Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ, proxime venturo, per ipsum Nicolaum Langlevunski vel eius successores, bonorū præfatorȝ exemp- tionis, et summæ præfatæ vndecim millium florenorȝ pecuniæ persolutio- nis, ex tunc ad decursum trium annorȝ, continue et immediate sequen-

et in anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Quinto pro

simili festo Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ se determinan. & similiter pro eodem festo Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ, in anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Quinto, tunc proximè venturo, in defectu, per eundem Nicolaum Langleorunsle, vel eius successores, de manibus eiusdem Stanislai Gieslerowski vel eius successorum, bonorum prædictorum exemptionis et summæ prædictæ vndecim Millium florenorum pecuniæ plenariæ et integræ persolutionis, de anno in annum a festo ad festum, annis et festis prædictis Purificationis Beatissimæ Virginis Mariæ, se continuè et immediatè sequen, vsq; ad debitam et sufficientem eorundem bonorum exemptionem, et summæ prædictæ vndecim Millium florenorum pecuniæ integram et plenariam simul et semel faciendam persolutionem, tenen, haben, obtinuen, pacificèq; et quietè modo et iure obligatorio possiden. In cuius quidem bonis obligat et ratione eorundem bonorum obligatorum prænominatus Gregorius Nicolaus Langleorunslei debet et tenebitur, ac se suosq; successores super bonis suis omnibus inscribit et obligat, præsentibus, eundem Stanislaum Gieslerowski et eius successores, ab omnibus et singulis iuribus et inscriptionibus prioribus et posterioribus. Cum et a reformationibus dotum et dotalitiorum ac adnitalitat quibuscunq; super eisdem bonis vel aliqua parte eorundem bonorum, per quascunq; personas fact vel faciend, inscript et inscribend, ac quorumcunq; iuris titulo cuicunq; personarum seruien. Nec non a citationibus, adcitationibus, concitationibusq;, ad satisfaciendum et minutescendum brachij Regalis, et querellarum cuiuslibet, super bona prædicta vel aliquam partem eorum, per quascunq; plegiationes importat et importari. Lueris demq; et pertueris, ac processibus iuridicis, quibuscunq;, super eisdem bonis vel aliqua parte eorundem bonorum per quascunq;

personas perductas et perducendas, obtentas et obtinendas, acquisitas et acquirendas in quocunque puncto et gradu iuris pendentes et existentes. Et generaliter ab omni impetitione iuridica, omnium et singulorum personarum, status, sexus, conditionis dignitatis, officij, ac praeeminentiae cuiusvis existentium, per omnes praescriptiones terrestres, prout ad aliquam personam terrestris pertinet praescriptio, Nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante: aut eadem evadendum tociens quociens opus et necesse fuerit, in omni Iudicio et officio Regni, tueri, intercedere, defendere, evincere, eliberare, ac ubilibet indemnem et indemnes reddere. Et nec intromissionem cum possessione, in eadem bona denegare, aut datam et admissam, quovis modo per se vel per suas quasvis submissas et subordinatas personas impedire, aut adimere, vel in eisdem bonis non iniuriari, nec damna aliqua inferre. Imo eadem bona, semper libera, munda, pacifica, et quieta facere, et reddere. Sub vadio similis summae Undecim Millium florenorum pecuniae, ipsi Stanislao Chieslowski et eius successoribus, per ipsum Nicolaum Langlecorunski vel eius successores ad solvendum succumbendo. Et hanc inscriptionem ex dictis Actis Castrensibus, ad Acta terrestria Cracoviensia vel Lelovien. aut sacrae Maiestatis Regiae Cancellariae cuiusvis, ad festum Sancti Bartholomaei Apostoli proxime venturum, praenominatus Generosus Nicolaus Langlecorunski, ipsi Stanislao Chieslowski, et eius successoribus transferre, transportare, inscribere, et similem inscriptionem obligatoriam facere et recognoscere debet et tenebitur cum suis posteris. Sub alio simili et speciali vadio, Undecim Millium florenorum pecuniae, ipsi Stanislao Chieslowski et eius successoribus, per ipsum Nicolaum Langlecorunski vel eius successores ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio et vadijs, taliter in defectu praemissorum exequendorum ad solven-

dum succubit, citatus existens, ipse Generosus Nicolaus Langlecowski suique successores citati, ad instantiam ipsius Generosi Stanislai Gustkowski aut eius successorum, ad Judicium vel officium Castren. Capit. Cracovien. Extunc recedendo à terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusque suis quibusuis, propriis, In primo citationis termine tanquam in peremptorio, parere, stare, respondere, et pro vadio vadijsque praefatis ac certis bonis quoris cum suis posteris citabitur, à Judicio vel officio praefat. non recedendo satisfacere, Et nihilominus inscriptionem praesentem complere et exequi, debet et tenebitur, cum suis posteris. Terminum ipsum primum et alios consequentes causae terminos semper peremptorios. vera vel simplici infirmitatibus, et actione, pro maiori non differendo, controuersias, exceptiones, dilationes, motiones, appellationes, ac earum prosequutiones nulles faciendo. Ad quietationem extra Acta Castren. Capit. Crac. dilationem sibi nullibi recipiendo, Poena vel poenis XV alias trium marcarum pecuniae vadij vel vadiorum praefatorum solutionem non subterfugiendo. Et nec literis decretisque Regalibus, terris districtibus, proscriptionibus terrestribus, evasionibus et condemnationibus, ac legalibus impedimentis quibusuis, bello, colloquio, interregno, peste aquarum inundatione, pontium fractione, servitio militari et Reipublicae, legationis intra et extra Regnum Poloniae, absentia à Regno, Conuentibusque generalibus seu particularibus, Statutis et Constitutionibus Regni Poloniae laudatis iam et in posterum laudandis, Ac defectibus quibusuis inscriptionis praesentis, et citationum, redcitationum concitationumque, ad satisfaciendum et innotescendum brachij Regalis, ad eandem emanatarum maloque et erroneo processu iuris, ac insufficient. et erroneis Ministerialium relationibus, de positis citationibus, quibuslibet, et eorundem Ministerialium antentitarum literarum productione et ostensione, incompetentiaque officij. Generaliter

vero nullis alijs causis aut modis exquisit et exquirend. iudicialiter sive ex traiudicialiter fieri solit. ipsum G.nosum Stanislaum Gieslowski et eius successores praemissis omnibus et singulis euadend. Nec quicquam sibi et suis posteris in auxilium contra inscriptionem praesentem assumen. Sub amissione suae et suorum successorum totius causae, tam in parte quam in toto. Actum in Castro Cracovien. Sabbato post Cinerum proximo. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo, Christophorus Goslawski Vicecapitaneus Castri Cracovien. Seb. Brzezinski Nott. C. Crac. subscripsit. Quam quidem inscriptionis praemissae transportationem, a praefato Generoso Nicolao Lanczkoronski, modo praemisso factam, nos suscipi et in Acta Cancellariae nostrae inscribi mandavimus. Decernimusque illam vim et robur suum iustum ac debitum semper obtinere debere. Atque in cuius rei fidem sigillum nostrum praesentibus est appressum. Actum et Datum in Castris nostris ad Arcem nostram Zamolocze tertia die Mensis Augusti. Anno Domini. Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo. Regni vero nostri anno Sexto.

Relatio Illus ac Magci etc ut supra.

Alia inscriptionis transportatio per eundem.

Stephanus Dei gra Rex Poloniae etc. Significamus his literis nris

v.g.

quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram no-
bis et apud Acta Cancellariae nostrae personaliter constitutus, Generosus Ni-
colaus Lanckorunski de Brzezie Rothmagister noster, a terris Palatinati-
bus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibusuis suis proprijs et compe-
tentibus recedens, illisque per expressum renuncians, huic vero nostrae iurisdi-
ctioni, quo ad infrascripta omnia sese, vna cum successoribus et bonis suis omnibus,
mobilibus et imobilibus, haereditarijs et obligatorijs, tam ijs quae ad praesens ha-
bet et possidet, quam quae postmodum quauis iuris ratione et modo haberet, possi-
deret, acquireretue, nullis prorsus exceptis, incorporando et subijciendo, sanus men-
te aeque ac corpore existens, vltro, libere, palam, disertis expressisque verbis re-
cognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia inscriptionem suam ad acta Ca-
strensia Cracouiensia Sabbato post Cinerum proximo, in anno praesenti, a se Nobili
Stanislao Gieslcowski super summam trium millium et quingentorum florenorum pecuniae,
factam, satisfaciendo obligationi suae, de transferenda eadem inscriptione, ex actis
ipsis Castrensibus Cracouiensibus, ad acta terrestria Cracouiensia vel Leopoliensia, aut
etiam Cancellariae nostrae Regiae, a se factae, inque eadem inscriptione compra-
hensae, euadendo quoque vadium, hoc nomine in eadem obligatione sua interpo-
situm, ex illis ipsis Actis Castrensibus Cracouiensibus, ad acta Cancellariae nostrae,
transtulit et transportauit: vti quidem et praesentibus transfert et trans-
portat, ac eandem inscriptionem suam Castrensem Cracouiensem, in omnibus punctis,
clausulis, articulis, conditionibus, et ligamentis approbat et confirmat. Cuius qui-
dem inscriptionis, ad acta Cancellariae nostrae, sub sigillo Castrensi Cracouiensi
allatae, tenor de verbo ad verbum fuit iste. Comparens personaliter coram

assicio et actis præsentibus Castren Surrogat Capitg Cracouien Generosus Nicolaus Langkorunski, de Brzezié, bonorū Villæ Grodkowice hæres Recedendo à terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibus quibusuis proprijs et competen, et se successoresq suos, cum bonis suis omnibus iurisdictionem præsenti, quo ad actum hunc totaliter incorporand et subjecien, palam, libere, publicè, et per expressum recognouit. Quia Generoso Stanislao Gruszcow ski, et eius legitimis successoribus, tenetur et est debitus, certi, veri, et liquidi debite, summam Trium millium et quingentorum florenorum pecuniæ communis, monetæ et numeri Polonici in Regno currenti, quemlibet florenū triginta grossis computando. In qua quidem summa Trium millium et quingentorum florenorum pecuniæ præfatæ, prænominatus Generosus, Nicolaus Langkorunski, eidem Generoso Stanislao Gruszczowski et eius successoribus, bona sua hereditaria, vzt totam et integram Villam Grodkowice cum prædiis, in Terra et districtu Cracouien sitt. Cum omni iure, dominio et proprietate, omnibusq et singulis eorundem bonorum vtilitat, fructibus prouentibus, redditibus et obuentionibus, attinencq et pertinen vniuersis, quemodolzt ad eadem bona antiquitus spectan, et ex eis prouenien, nullis penitus exceptis. Nihil iuris, dominij, et proprietatis, ac quorumuis vsufructuū et vtilitatū in eisdem bonis pro se et suis successoribus reservando seu excipiendo, sed ita prout eadem bona solus et ipse Generosus Nicolaus Langkorunski ex predecessoribus suis, tenuit, habuit, et possidebat, illisq vtifruebatur. Et ita prout eadem bona, se in suis metis et limitibus extendit. Ita quod generalitas specialitati, et è contra specialitas generalitati, ni nullo derogare queat, ab hinc ad festum Sanctorum

Trium Regum, proximè venturu, obligauit, et modo obligatorio inscripsit,
prout obligat et inscribit, presentibus. Ac realem iam ex nuc prenominatus Ge-
nerosus Nicolaus Langlcorunslei, ipsi Generoso Stanislao Gzieslcowslei et
eius successoribus, in eadem bona sua, villam vzt Grodlcowicze, cu predio,
ipsi modo premisso obligata, dedit et dat, admittitq; presentibus, in remis-
sione et actualem pacificamq; possessionem, per ministerialem terrestrem quem,
cunq; sibi idem Stanislaus Gzieslcowslei cum suis successoribus, ad intromit-
tendu elegerit, ipsi et ipsis successoribus per officiu presens iam ex nuc
ad id addit. Per ipsu Generosum Stanislaum Gzieslcowslei vel eius succes„
res, bona prenominata, vzt totam et integram Villam Grodlcowicze cu pre-
dio, ita vt premissum est, ipse in sua prefata Trium Millium et quingento-
rum florenorum pecunia, obligata. Cum eodem omni iure, dominio, et proprietate, utilita-
tibusq; fructibus, prouentibus, redditibus et obuentionibus, ac attinen et pertinen
universis, nullis penitus exceptis, ita vt premissum est, abhinc ad festu Sanc-
torum Trium Regum, proximè venturum. Et ibidem in defectu, per eundem
Nicolaum Landlcorunslei eo et eius successores, pretunc eorundem bonorum exe-
ptionis et summe prefate Trium Millium et quingentorum florenorum pecuniae
persolutionis, ex tunc ad aliud et alia, simile et similia, festu et festa, Sanc-
torum Trium Regum, et sic consequenter de anno in annu, a festo ad fe-
stu, annis et festis vsq; ad debitam
et sufficientem eorundem bonorum exemptione, et summe prefate, Trium Millium et
quingentorum florenorum pecunie, integram et plenariam, simul et semel faciendam per
solutione, tenendum, habendum, obtinendum, pacificeq; et quiete modo et iure obligato-

rio possidend. In q̃ibus quidem bonis obligatis, et ratione eorundem bo-
norũ obligatorũ, p̃nominatus Gnõsus Nicolaus Langhorumskei debet et tene-
bitur, ac se suosq; successores super bonis suis omnibus inscribet et obligat,
p̃sentibus, eundem Stanislaum Gieszowski et eius successores, ab omni-
bus et singulis iuribus, et inscriptionibus, prioribus et posterioribus, cuiusmõ
nomĩis. Cum et a reformationibus, dotũ et dotaliciorũ ac adnitalitatũ quibus-
cunq; super eisdem bonis, vel aliqua parte eorundẽ bonorũ, per quascunq;
personas factã vel faciẽd, inscriptã et inscribend, ac quocunq; iuris titulo cui-
cũq; personarũ seruiẽd. Nec non a citationibus, adcitationibus, excitationi-
busq;, ad satisfaciẽd et minoteseen brachij Regalis, et querellis litera-
libus quibuslibet, super bona ꝓfata, vel aliqua parte eorundẽ bonorũ, per quas-
cunq; personas importat et importan. Iuriis demq; et perturris,
ac processibus iuris quibuscunq, super eisdem bonis, vel aliqua parte eorun-
dem bonorũ, per quascunq; personas perduct et perducen, obten et obti-
nen, acquisit et acquiren, in quocunq; puncto et gradu iuris pendeñ et exi-
stenẽ, et generalit ab omni impetitione iuridica, omnium et singulaꝝ
personarũ, statuũ, sexuũ, conditionũ, dignitatũ, officiorũ ac preminenũ cuiusmõ
existen, per omnes ꝓscriptiones terrestres, prout ad aliquã personã
terrestris pertinet ꝓscriptio, nulla ꝓscriptione terrestri in contrariis obstan,
aut eadem euaden tenẽ quas opus et necesse fuerit, in omni iudicio et
officio Regni, tueri, interedere, euincere, eliberare, defendere, ac ubi-
libet signum et insignes reddere. Et nec intromissionem cum possessione

m eadē bona denegare, aut datam et admissam, quomō modo per se, vel
per suas quasuis submissas et subordinat' personas, impedire aut adimere, vel
in eisdem bonis nō minuari, nec damna inferre. Imō eadem bona, semper li-
bera, munda, pacifica, et quieta facere et reddere. Sub vadio similis summe
Trium Millium et quingentor flor' pecunie, per eundē Gn̄osum Nicolaum Lang-
korunskei, vel eius successores, ipsi Stanislao Gießkowski, vel eius succesßo-
ribus ad soluendū succumben'. Et hanc inscriptionē, ex his Actis castren'
ad Acta terrestria Cracovien vel Leopolien', aut Sac Actis Regie Cancel-
laria cuiusuis, ad festū Sancti Bartholomei Apostoli proximè venturū, pro-
minatus Gn̄osus Nicolaus Langkorunskei, ipsi Stanislao Gießkowskei
vel eius successoribus, transferre, transportare, inscribere, et similem in-
scriptionē obligatoria facere et recognoscere debet et tenebitur, cum suis po-
steris, sub alio simili et speciali vadio Trium Millium et quingentor flor' pe-
cuniæ, ipsi Stanislao Gießkowski et eius successoribus, per eundē Nicolaum
Langkorunskei vel eius successores, ad soluendū succumben'. Prr quibus qui-
dem vadio vel vadijs, taliter in defectu præmissor', omniū et singulorum exe-
quendor', ad soluend' succubit, citatus existens Gn̄ominatus Gn̄osus Nico-
laus Langkorunskei, suiq3 successores citati, ad instantiā ipsius Gn̄osi Ste-
phani Gießkowski aut eius successor', ad judicium vel officium castren'
Capitis Cracovien'. Ex tunc recedendo a terris districtibus iuribus q3
et iurisdictionibus suis quibuscūq3 propriis. In primo citationis termi-
no, tanquā in peremptorio, parere, stare, respondere et pro vadio vadijs

ꝓfatis, ac citris, tons quons cum suis posteris citabitur, a judicio vel
officio ꝓfato nō accedendo, satisfacere. Et nihilominus inscriptionē
ꝓsentē cōplere, et exequi debet et tenebitur cū suis posteris. Cer-
minū ipsū primū, et alios consequenter causa terminos semper percepto-
rios, vera vel simplici infirmitatibus, et actione pro maiori nō differen
controversias, exceptiones, dillationes, motiones, appellationes, ac earū pro-
sequutiones nullas faciēd. Ad quietatione extra Arta Castrens
Capitū Cracovien, dilationem sibi nullibi recipiēd. Pena vel pernis xv
alb trium marcar pecē, vadij vel vadior ꝓfatorū solutione nō subt,
terfugiēd. Et nec literis decretis Regalibus, terris, districtibus,
ꝓscriptionibus terrestribus, evasion et condemnation, ac legalibus im-
pedimentis quibuscūs, bello, colloquio, interregno, peste, aquarū inundati-
one, pontiū fractione, servitio militari et Reipublicæ, legatione intra
et extra Regnū Poloniæ, absentia a Regno, concentionis generalibus
seu particularibus, Statut et constitutionibus Regni Poloniæ, laudatis
iam et imposterū laudand, ac defectibus inscriptionis presentis qui-
busvis, et citationū, adcitationū, concitationumq, ad satisfaciēd et in-
notescēd brachij Regalis, ad eandem emanatar, malis et erroneo pro-
cessu iuris, ac insufficientibus et erroneis minialium relationibus, de po-
sitis citationibus quibuslzt, et eorundem minialiū authenticar, literarū
productione, et ostensione, incompetentiaq officij. Generaliter vero nullis
aliis causis aut modis exquisit et exquirend, iudicialiter sue extraindi,

rialiter fieri solit, ipsum Gnosum Stanislaum Cziesskowski et eius successores, pro praemissis omnibus et singulis euadendo. Nec quicquam sibi et suis posteris in auxilium contra inscriptionem praesentem assumendo. Sub amissione suae, et suorum successorum totius causae tam in parte quam in toto. Actum in Castro Cracouiensi Sabbato post Cinerum proximo. Anno Domini Millesimo Quingentesimo, Octuagesimo, Primo. Christophorus Goslawski Vicecapitaneus Castri Cracouiensis. Alb. Brzezinski Nott. C. Crac. sstis. Quam quidem inscriptionis praeinsertae transportationem, a praefato Generoso Nicolao Lanzkorunski modo praemisso factam: nos suscipi, et in Acta Cancellariae nostrae inscribi mandauimus. Decernimusque illam vim et robur suum iustum ac debitum semper obtinere debere. Atque in eius rei fidem sigillum nostrum praesentibus est appressum. Actum et Datum in Castris nostris, ad Arcem nostram Zawolocze tertia die Mensis Augusti. Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo. Regni vero nostri anno Sexto.

Relatio Illris et Magci etc ut supra.

Idem Lanczkorunski inscriptionem transfert et approbat.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus his literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earum notitiam habituris Quod (vd.)

corã nobis et apud Acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus
Generosus Nicolaus Lanckoronski de Brzezie Rothmagister noster,
a bonis, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus qui;
busmis suis propriis et ꝯpetentibus recedendo, illisq3 per expressum re;
nunciando, huic verò nostræ iurisdictioni, quò ad infrascripta omnia se se,
una cum successoribus et bonis suis omnibus, mobilibus et immobilibus,
hereditarijs et obligatorijs, tam ijs quæ ad præsens habet et possidet,
quam quæ postmodũ quomis iuris ratione et modo haberet, possideret, ac;
quireret, nullis prorsus exceptis, incorporando et subijciendo, sanæ
mente atquè ac corpore existens, vltrò, liberè, palam, diserthis expres;
sisq3 verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia
inscriptionem ad acta Castrensia Cracouiens feria tertia post Domin;
cam Invocavit proxima, in anno præsenti, à se et Nobili Stanislao Cze;
chowski mutuò sibi factam et recognitam, qua obligauerũt se, certam in;
tercisam inter se mutuò confectam, sub certo vadio tenere ac seruare, sa;
tisfaciendo pro rata parte sua obligatorum, de transportanda eadem inscri;
ptione, ex actis Castrenſ Cracouiẽn, ad acta terrestria Cracouiẽn
vel Leopoliẽn, aut Acta Cancellariæ nostræ Regiæ; facta; euaden;
do quoq3 vadium, hoc nomine in eadem inscriptione interpositũ, ex illius ipsius
actis Castrenſ Cracouiẽn, ad Acta Cancellariæ nostræ transtulit
et transportauit: vtiquidem et præsentibus transfert et transportat,

ac eandem in omnibus punctis, clausulis, articulis, conditionibus et li-
gamentis approbat et confirmat. Cuius quidem inscriptionis ad acta Can-
cellarie nostre sub sigillo Castren Cracovien allate, tenor de verbo ad ver-
bum finit iste. Comparentes personaliter coram officio et actis presen-
tibus Castren Surrogat Capitus Cracovien, Generosi, Nicolaus Lang-
korunski de Brzezie ab vna, Stanislaus Gieszkowski parte ab altera.
Recedendo à terris, districtibus, iuribus, iurisdictionibusqs suis qui-
buscunqs propriis et cõpetentibus, et se cum bonis omnibus, successoribusqs
suis, iurisdictioni presenti Castren Surrogat Capitus Cracovien quo ad
actum hunc incorporan- et subjicien palam, libere, publice et per expres-
sum recognouerunt. Quia se suosqs successores, super bonis suis omnibus,
sibi mutuo et mutuum inscribunt et obligant presentibus, interessam cer-
tam inter ipsos occasione bonorum Brzezie, Dambrowa et Szarow ac qua-
tuor Tabernarum, nec non bonorum Grodkowicze, sub actu et Da-
tum die Sodierne facti et conscripti, manibus ipsorum propriis subscripti,
et sigillis eorundem sigillati, tam in parte quam in toto, in omnibus et
singulis illius conditionibus, punctis, clausulis, et articulis, firmiter tene-
re, cõplere, et exequi, inviolabiliterqs observare. Sub vadio Duorum
millium florenorum pecunie cõmunis, monete et numeri Polonie, per partem Inter-
essam prefatam, tam in toto quam in parte non tenen, non complen, et non
exequen, illiusqs successores, parti interessam prefatam tenen cõplen

et exequenti, illmq3 successoribus, ad soluend succumbend. Et hanc
inscriptionem ex actis presentibus, ad acta terrestria Cracovien vel
Lcopolien, aut Sac Mis Regie, ad festu Sancti Bartholomei Apo,
stoli proxime venturu, prenominate ambe partes recognoscent sibi mu;
tuo et mutuem, transferre, transportare, inscribere, et similem inscriptione
facere et recognoscere debent et tenebuntur, cu suis posteris. Sub alio
simili et speciali vadio, Ducum Mllm flor pecunie, parti inscriptione
presentem transportan, transportareq3 volenti, et eius successoribus, per
partem inscriptione presentem no transportan nec transportare volen, et
eius successores, ad soluend succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel
vadijs taliter in defectu premissorum exequen, ad soluendu succubit oia
ta existens, vna pars premissa omnia et singula, tam in toto qua in
parte non tenens, non complens, et non exequens, spi3 successores ui;
tati, ad instantiam alterius partis, spmissa omnia et singula, tenen com;
plen et exequen, illmq3 successorq, ad nidicin vel officium castren
Capit Cracovien. Ex tunc recedendo, a terris et districtibus, iu;
risdictionibusq3 suis quibuscunq3 propriis in primo citationis termino,
tanqua in peremptorio, parere, stare, respondere, et pro vadio vadijs
sfatis, ac citis tons quons vna pars ad instantia alterius partis, ad
suos successoribus citabitur, satisfacere. Et nichilominus inscriptione
presente, complere et exequi debet et tenebitur, cu suis posteris.
Terminu ipsum primu, et alios consequen causa terminos semper pre;

remptorios, vera vel simplici inscriptions, et actione pro maiori nō
differen. Controuersias exceptiones, dilationes, motion, appellationes
ac earū prosequtiones nullas faciēn. Ad quietatione extra acta ca;
stren Capit Cracouien, dilationem sibi nullibi recipien, pena vel
pœnis xv alb trium marcar pecunie, vadij vel vadior ffator,
solutione non subterfugiēn. Nec literis decretisq3 Regalibus, ter,
riis, districtibus, ꝓscriptionibus terrestribus, euasion et condemnation
ue legalibus impedimentis quibuscūq, bello, colloquio, conuention gene,
ralibus seu particularibus, Statutisq3 et Constitution Regni, laudat
et laudand. Generaliter verō nullis alijs causis, aut modis exquisit
et exquirēn, iudicialiter siue extraiudicialiter fieri solit, vna pars
alteram, successoresq3 illius, pro missis omnibus et singulis euaden.
Nec quicquā sibi et suis posteris, māuxiliū contra inscriptionē praesen;
tem assumendo. Sub amissione sua, et suorum successor totius causæ.
Actum in Castro Cracouien, feria tertia post Dominicam Inuocauit
prosima. Anno Domini. Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo,
Primo. Christophorus Goslawski Vicecapitaneus Castri Cracouien
Scb. Brzezinski Nott. C. Crac. spt. Quam quidem inscripti;
onē praemissa transportationem, a praefato Judice Nicolao Langlor,
umski modo premisso factam, nos suscipi, et in acta Cancellaria nostra
inscribi mandauimus. Decernimusq3 illam vim et robur suū iustum ac
debitum semper obtinere debere. Actq3 in eius rei fidem sigillum no;

strum præsentibus est appressum. Actum et Datum in Castris nostris, ad Arcem nostram Zawołoze, tertia die Mensis Augusti. Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo Regni verò nostri anno Sexto.

Per Dñum Illustrem ac Magcum vt supra.

Georgius Radzivil Spus
Vilnen' inferiorem quietationē
à Cancellio Reg. appro
bat.

3. m. Stephanus Dei grā Rex Polonie &c Significamus hiis literis nostris, quorū interest, vniuersis et singulis, earū noticiā habituris. Quod coram nobis et apud Acta Cancellarie nostre Personaliter constitutus Dñus in Christo Pater, Georgius Radzivil Episcopus Vilnensis, à terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibus; cū suis proprijs sibiq3 competentibus, recedendo, huic verò nostre iurisdictioni, quo ad inscriptionē suam presentem et illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus, hereditarijs et obliga; torijs, mobilibusq3 ac immobilibus, incorporando ac subijciendo, sanus

mente æquè ac corpore existens vltrò, liberè, palam, distinctis verbis re-
cognouit, ac hisce quoq3 literis nostris recognoscit. Quia ille satisfaciendo
obligationi et submissioni, primum quidem Illustris ac Magci Joannis Famoÿ-
sky de Famosoxie, Regni nostri Supremi Cancellarÿ, Generalis Cracouien-
sis ac Kristinien. Nadzirzecen, Krzesouien3 Capitanei, deinde vero Illustri-
um ac Magnificorum, Nicolai Christophori, Magni Ducatus Lithuaniæ
Supremi, Alberti, eiusdem Magni Ducatus Curiæ, Marschalcorū, et Stani-
slai Radzivilorū, Ducum in Olika et Nieswiesch, fratrum suorum, coram Actis
Cancellariæ nostræ, factæ: qua cauerant ac susceperant, se ad acta quemi-
cunq3 autentica in Regno nostro, siue Magno Ducatu Lithuaniæ adducturos, ad con-
sentiendum inscriptionē, à præfato Illustri et Magnifico Regni nostri Cancel-
lario, Leopoli coram nobis et Actis Cancellariæ nostræ, Generoso Caspa-
ro Dembinski Aulico nostro, suaq3 coniugi, Generosæ Marinæ Kopcziowna
pro se et memoratis fratribus suis, facta. Liberando præterea, tam me-
moratū Regni nostri Cancellariū, quam etiam fratres suos præfatos, de
vadio hoc nomine ab illis interposito: illam ipsam inscriptionē gmētatoriā,
Leopoli, vti iam supra habetur, à Joanne Famoÿsky Cancellario, coram no-
bis factam, ac postmodum quoq3 iam à fratribus suis, illorū ac suo etiā nomi-
ne, ita ac par erat, approbatam, in omnibus illius conditionibus, articulis, par-
tibus, capitulis et verbis, approbauit: in eandemq3 consensit, vti quidē
et per præsentes approbat, inq3 ipsam consentit, ac ratam et gratam, tam in
toto quam in minima parte, habet, cumq3 suis successoribus semper habitu-

rus est. Omnia deniq[ue] ipsius inscriptionis quietatoriae, Casparo Dem-
bienski et Marinae Kopecziowna a Joanne Zamoyski Cancellariae factae:
onera, conditiones, clausulas, ligamenta, poenas, vadia, nullis prorsus
exceptis, pro rata parte sua, in se et universa bona sua, mobilia et
imobilia, sumasq[ue] pecuniarias in Regno et Magno Ducatu Lithuaniae,
ac dominijs eisdem annexis, ac suos quoq[ue] successores, ultro, assum-
psit. Neq[ue] unquam vel in minimo inscriptioni illi cum suis successori-
bus, contraventurus est. Imo vero obligat se et suos successores,
de et super omnibus bonis suis, suprascriptis, omnia et singula in ea
ipsa inscriptione quietatoria expressa, et specificata, firmiter et invio-
labiliter servare, tenere, adimplere, et exequi, tam in toto, quam in mi-
nima parte, sub vadio in eadem inscriptione quietatoria expresso, quin-
quaginta nimiru[m] Millium florenorum pecuniae co[m]munis, quemlibet florenu[m]
triginta grossis Polonicis co[m]putando, a se et suis successoribus in casu
non adimpletionis et satisfactionis alicui conditioni, in illa inscri-
ptione quietatoria, expressae, ad solvendu[m] irremissibiliter Casparo Dem-
bienski suaeq[ue] coniugi Marinae aut illorum successoribus, succumben-
do. Pro quo vadio, citatus praedictus R[evere]ndmus Georgius Radzi-
vil Episcopus, aut sui successores citati, ratione cuiuslibet rei et
conditionis supra expressae: tam in parte quam in toto no[n] completae
ipsis coniugibus, aut alteri eoru[m], vel etiam successoribus ipsoru[m], ad

simplicem verbi assertionem, citra quodmis iuratorii documentum, succumbendo: vel etiam pro quamis re et conditione supra expressa, et non completa, ad instantiam prefatorum coniugum, vel alicuius ipsorum, aut successorum eorundē, ad iudicium seu officium Capitaneale Castren Cracouien Sandomirien, Orenesinense, vel Luconiense: quibus omnibus se per presentes vnā cū Successoribus, bonisq3 suis omnibus, quo ad hanc causam incorporat, et ad respondendū submittit, a terris, districtibus, ac iurisdictionibus suis quibuscunq3 competentibus, recedendo, ac illis omnibus, foroq3 et iuri proprio renunciando, in quolibet citationis termino semper peremptorie, comparere, respondere, et pro vadio seu vadijs predictis, ac pro omnimode et conditione inscriptionis, ab illo iudicio siue officio, ad quod ex premissis citatus, vel sui successores citati fuerint: non recedendo: effectiue satisfacere teneatur, quoties ijsdem coniugibus, aut alteri illorum vel eorū posteris opus fuerit, semotis quibuscunq3 exceptionibus, iuridicis et extraiuridicis, dilationibus, ad quamcunq3 citationem ex premissa inscriptione, aut aliqua eius conditione, vel processu ex ea subsequuto, preter acta alicuius iudicij aut officij superius descripti, ad respondendumq3 assignati. Ac aliis quibuscunq3 de iure et consuetudine admitti solitis. Judicium motionibus et appellationibus, ac earum quibuscunq3 reuinuficationibus, et prosequutionibus. Nullum termini citationis et contentorum eiusdem aliquibus cautionibus, procrastinationibus, et legalibus impedimentis differendo, Neq3 vlla

re exqmsita et colore excogitato, iudicialiter et extraiudicialiter ipsos
coniuges et eorū posteritatem, pre premissis omnibus euadendo: Nihil de-
niq3 sibi earum rerū, et defensarū ac beneficiorū, quæ ex iuris cōmunis
legumq3 et constitutionum publicarū patrocinio, et industria humana ex-
quiri et admueniri possint: contra ipsos coniuges, vel eorū posteritatem,
et aduersus inscriptionē, citationes et processus ex illa subsequutos in
auxiliū recipiendo. Imò quoties ipse Dnūs Episcopus Vilnensis, aut
sui successores, contra ipsos coniuges, vel similiter successores eo-
rū, aliquid ex premissis in auxilium recepernt, totiēs causam et can-
sas amittent, et in solutione vadij ac vadiorū succumbent, et nihilominus
inscriptiōi præsenti, ac omnibus illius contentis satisfacere cū suis suc-
cessoribus, tenebitur, totiēs quoties ipsis coniugibus aut illorū poste-
ritati opus fuerit. Nulla præscriptione et temporis diuturnitate in-
missis obstan̄, Quibus omnibus et singulis, idem Dnūs Epis-
pus Vilnensis submittit se et obligat, ac bona et successores suos o-
nerat, hac sua personali recognitione mediante, quam nos suscipi et in
Acta Cancellariæ nostræ inscribi mādauimus, decernentes ipsam atq3
vniuersa illius contenta, vim et robur debitū ac iustū semper obtinere
debere. Atq3 in eius rei fidem et testimoniū sigillū nostrū præsen-
tibus est appressum. Actum et Datum Dysnæ die decima Men-
sis Julij. Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, octuage-

simo Primo. Regni verò nostri anno Sexto.

Relatio Ill^mis ac Mag^ci etc. vt supra.

Inscriptio Nicolai Christophori Radziwil etc.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus his literis nostris quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis et apud Acta Cancellariae nostrae personaliter constitutus, Illustris et Magnificus Nicolaus Christophorus Radziwil, Dux in Olika et Nieswiesch, ac in Schydlowiecz Comes, Magni Ducatus nostri Lithuaniae Supraemus Marschalcus, a terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibusuis suis proprijs, sibique competentibus, recedendo, huic verò nostrae iurisdictioni, quò ad inscriptionem suam praesentem et illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus haereditarijs et obligatorijs, mobilibusque ac imobilibus, incorporan et subijciendo, sanus mente aeque ac corpore existens, vltrò, libere, palam, disertis verbis recognouit. et hisce literis nostris recognoscit. Quia ipse inscripsit, submisit, et obligauit, praesentibusque inscribit, submittit et obligat, se et suos successores, de et super omnibus bonis suis, mobilibus et imobilibus, haereditarijs et

obligatorijs, tam ijs que ad presens habet ac possidet, quam que postmodu
quamis iuris ratione, vbiuis locorum in Regno et dominijs nostris haberet,
ac possideret, certum contractum, a Gnoso Alberto Wieliczki, Notario
Terrestri ac Vice Capitaneo Sandomiriensi Suo nomine, cum Generoso
Martino Padniewski, a mo presenti Nadomice, ipso die Purificatio-
nis Marie initum, omniaq3 et singula in illo comprahensa, esse ad-
impleturu, seruaturu ac executurum, Maxime vero memoratu Gene-
rosum Martinu Padniewski suosq3 successores, a die superius spe-
cificato Purificationis Marie, ad decursum trium annorum, esse pro-
xime ac immediate sequentium, bona sua hereditaria Schydlowiecz,
que ab ipso Martino Padniewski iure obligatorio possidentur, se
non esse exempturu, imo vero in pacifico vsufructu eorundem, vigo-
re iuris sui obligatorij eundem conseruaturum. Deinde vero, termi-
nu citationis istius, qua ipsu Martinu Padniewski citauit, ad leuan-
dam summa pecunie, in bonis Schydlowiecz sibi inscripta, ac item alte-
rius, qua eundem Martinu citauit, pro malo obtento, se non esse seru-
turum vel ansultaturu, aut aliquid in termino vtriusq3 istius citra-
tionis contra Martinu Padniewski attentaturum. Item si exacto
triennio ipso superius comemorato, aliquid de bonis ijsdem Schydlo-
wiecz cum eodem Martino Padniewski constituendum agendumq3 es-
se sibi existimauerit, se eundem primo eadem re esse certiorem fa-
turum, atq3 locum in quo id fieri deberet, ac tempus etiam desi-

gnaturu, Hæc ipsa vero omnia obligat et submittit se esse realiter et cum effectu, prestaturu, vnà cum suis successoribus, sub vadio decem millium florenorum pecunie communis, quemlibet florenum triginta grossis Polonicis computando, in casu non satisfactionis alicui conditioni ex premissis, ad soluendum irremissibiliter Martino Radmerski suisq3 successoribus succumbendo. Pro quo vadio ad eum modum succubito, tum et pro condutione quatuus supra expressa, à se vel suis successoribus non expleta, si se idem Illustris et Magnificus Nicolaus Christophorus Radziwił, suiq3 successores, ad instantiam Martini Radmerski suorumq3 successorum, ad Judicium terrestre, vel etiam ad Judicium aut officium capit Castren, Sandomirien v. el Radomien, quibus se vnà cum successoribus et bonis suis omnibus in ea causa, recedendo ab alio quouis iure, foro, ac iurisdictione sua prefati et competenti, ad respondendum subjcit et incorporat, citare permiserit, ex tunc in primo citationis istius termino, vti in peremptorio, comparere, respondere, et pro vadio sine vadijs dictis, ac pro omni re et condicione superius expressa, ab illo iudicio sive officio, ad quod ex premissis citatus fuerit non recedendo, effectiue satisfacere tenebitur, cum suis successoribus, semotis quibusuis exceptionibus, iuridicis et extraiuridicis, dilationibus, ad quietationem expressa inscriptione, aut aliqua illius conditione vel processu ex ea subsequuto, preter acta alicuius iudicij aut officij superius descripti, ad respondendumq3 assignati, ac alijs in genere omnibus de iure et consuetudine admitti solitis, Judicum motionibus, ap-

pellationibus, ac earū prosequtionibus et reuinficationibus, nullis
terminum citationis et contentorū eiusdem aliquibus euictionibus, pro-
crastinationibus, et legalibus impedimentis differendo. Negs vlla re-
exquisita et colore excogitato, iudicialiter & extraiudicialiter ipsū
Martinū Padniewski et illius successores, pro premissis omnibus
euadendo. Nihil denigs sibi earū rerū et defensarū, ac beneficiorū
quae ex iuris communis, legumq3 et constitutionū publicarū patrocinio, ac
industria humana exquiri et adinueniri possint, contra Martinū
Padniewski suosq3 successores, ac aduersus inscriptiones, citationes
et processus ex illa subsequtos, in auxilium recipiendo. Imò quoties
ipse Nicolaus Christophorus Radziwil, aut sui successores, contra
Martinū Padniewski suosq3 successores, aliquā ex premissis in auxili-
um receperint, totiēs causam et causas suas amittet, ac solutionem vadi-
sue vadiorū succumbet, et nihilominus inscriptioni presenti, ac omnibus al-
ijs contentis satisfacere cum suis successoribus tenebitur, totiēs quo-
tiēs Martino Padniewski eiusq3 successoribus opus fuerit. Nulla
praescriptione et temporis diuturnitate in premissis obstante. Quam gri-
dem recognitionē nos suscepimus, et in acta Cancellariae nostrae inscribi
re mandauimus. Decernentes ipsam atq3 vniuersa illius contenta, vim
et robur debitū ac iustum semper obtinere debere. Atq3 in eius
rei fidem et testimoniū sigillum nostrum presentibus est appressum.
Actum et Datum Dzisnae die decima Mensis Julij Anno Do-

mini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo Primo. Regni vero nostri anno Sexto.

Relatio Illris et Magci etc. vt supra.

Drohoiowski jus suum ad Boguszice habens in Laurentium Rylski transfert.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus his literis no- v.p.
stris quorum interest, vniversis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis et apud Acta Cancellariae nostrae, personaliter constitutus Generosus Joannes Thomas Drohoiowski à Drohoiow, Capitaneus Praemisliensis, vltro, libere, palam, disertis et expressis verbis recognouit. Quia iure suo aduitalicio, quod ad Villam nostram Boguszyeze, in Terra et districtu Ravensi consisten, habuit, nec non summis pecuniarijs omnibus, à Diuis antecessoribus nostris, in eadem Villa antiquitus legitime inscript, ipsisque ex praescripto Constitutionum Regni nostri, publicarum iure concernentibus, realiter et de facto cessit et condescendit, praesentibusque literis nostris cedit et condescendit, atque illud in personam Generosi Laurentij Rylski Sermae Coniugis nostrae Aulici, transfert ac transfundit. Nihil

omnimo iuris, dominij, proprietatis et propinquitatis sibi suisque succes,

soribus, ad Villam praefatam, summasque pecuniarias omnes in eadem Vil,

la antiquitus inscriptas, ac se iure concernen, reseruando, sed illud

totum et integrum, memorato Laurentio Rylski, resignando. De qui;

bus etiam summis pecuniarijs, ut pote quae iam sibi integre persoluta sunt,

eundem Laurentium Rylski et illius successores perpetuo quietat. Iamque

ex nunc, dat et admittit, ipsi Laurentio Rylski, in praefatam Villam, ac sum,

mas pecuniae in illas inscriptas, sibique debitas, realem intromissionem,

cum actuali pacificaque possessione, per ministerialem terrestrem siue gene;

ralem quemcunque, quem sibi ad id assumendum esse existimauerit, et

quem nos etiam sibi iam per praesentes addimus, eidem assignandam. Quam

quidem Joannis Thomae Drohoiowski resignationem et cessionem, nos

suscepimus, atque in eandem consensimus, quemadmodum et hisce consenti;

mus, ratamque et gratam nos habere profitemur, ac decernimus, eandem ro;

bur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. Atque in

cuius rei fidem sigillum nostrum praesentibus est appressum. Actum

et Datum Dzisnae die decima Mensis Julij. Anno Domini Mil,

lesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo. Regni vero nostri Sexto.

Relatio Illris ac Magci etc. ut supra.

Plenipotentia Francisci Sibore

S[tephanus] Dei g[ra] Rex Poloniæ &c. Significamus hijs literis nostris v:p.
q[uor]u[m] interest, vniuersis et singulis, earu[m] noticiam habituris. Quod cora[m] nobis
et apud Acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus, Generosus Joã-
nes Schorez Capitaneus Kischouiensis, à quemlib alio iure, foro, ac iurisdict-
one sua propria et cõpetenti recedendo, huic verò nostræ, quò ad negotium
præsens et illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus incor-
porando et subijciendo, ultrò, liberè, palamq[ue] recognouit. Se Generoso
Francisco Schorez fratri suo germano, dedisse et concessisse, præsentibusq[ue]
literis nostris dare, plenam, integram, et absolutam potestatẽ, causam hanc
quam Nobili ——— Faczkonski, occasione debiti, decem millium thalerorũ,
per ipsum, apud Generosum olim Joannem Schorez patrem suũ contra eũdẽ,
ad eadẽ successionis naturalis iure deuoluti, tam suo quam eiusdem fratris
sui nomine, in foro cõpetenti, instituit, et quæ hactenus indecisa pendet; suo
quoq[ue] nomine obtinuan, appellationes à Decretis interponendi, easdemq[ue]
prosequendi, Juramenta deferendi, delataq[ue] prestandj. Pecuniam hanc
si numeraretur, percipiendi, ac de perecpta quietandi; de ea quoq[ue] contractus
quosuis faciendi, atq[ue] cætera omnia, quæcũq[ue] huius negotij rationes, pro-
loorũ, temporũ, ac personarũ exigentia, exposcere videbuntur, tam iudici-
aliter quã extraiudicialiter, agendi, tractandi, constituendi et conficiendi. Jn

locum suum, si id aliquando necessarium sibi fuerit, aliu[m] plenipotentem cu[m] simili vel limitata facultate, substituendi, ac eundem rursus revo; candi, Promisitq[ue] ac suscepit, et praesentibus promittit ac suscipit, se et suos successores, rata et grata ea omnia se esse habituru[m], quaecunq[ue] hac in re a praefato Fratre suo, sive illius subdelegato, acta, facta, et con; stituta essent: Eadem quoq[ue] esse seruaturu[m], neq[ue] vnqua[m] illis contra; venturu[m], aut eadem in dubium aliquando quavis ex causa vocaturu[m]. Quam recognitionem nos suscepi, et in Acta Cancellariae nostrae inscribi manda; vimus. Decernimusq[ue] eam robur et pondus suu[m] debitu[m] obtinere debere. Atq[ue] in eius rei fidem sigillum nostrum praesentibus est appressum. A; ctum et Datum Vilnae die decima Mensis July. Anno Domini, Mil; lesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo. Regni vero nostri Sexto.

Relatio Illus ac Magci etc vt supra.

Limitatio cae int succores Magci Rekossowski et Fo derinum Florentinum.

vp.

Stephanus Dei gra Rex Poloniae etc Significamus his literis nostris quoru[m] interest, vniuersis et singulis, earu[m] noticiam habituris. Quia nos causam et actionem, inter successores Magnifici olim Iacobi Rekossowski

Reg^m nostri Thesaurarij, Fupparum Cracouiensium, perq3 Marcum et mi-
norem Poloniam Thelonearij nostrorū Praefecti, ex una, et Generosum Caro-
lum Soderinum Florentinū partibus ex altera, occasione non persolutionis cer-
ti alicuius Thelonei, ad nos et Judicium nostrum, Reg^m, ex citatione Curiali
deuoluta, et mi deliberatione nostra ad praesens pendente, de mutuo libe-
roq3 consensu Generosi Joannis Piotrowski Secretarij nostri, vnius ex tu-
toribus memorati Jacobi Nokosborski, successorum, ac Nobilis Joannis The-
raldi Caroli Soderini plenipotentis ac mandatarij, limitandā et prorogandā es-
se duximus, Vtiquidem hisce literis nostris limitamus et prorogamus, ad di-
em trigesimam post faelicem in Regnum nostrū Poloniae, ex eo bello, quod nunc
gerimus reditū, prima die ingressus nostri in fines Reg^ni Poloniae inclusa.
Quo die habituros sunt coram nobis, vbicunq3 loco^rum in Regno nostro Po-
lonie tum constituemur, partes suprascriptae, in causa memorata, terminum
eundem, quem nunc habuerūt, vel habere debuerūt, iure vtriusq3 partis
interim salvo integroq3 permanente. Atq3 in cuius rei fidem sigillum no-
strū praesentibus est appressum. Actum et Datum Dzisnae die deci-
ma Mensis Julij. Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Octua-
gesimo, Primo. Regni vero nostri anno Sexto.

Dolitio Illris ac Magci vt supra

Protestatio Magci Joannis Kiss

Stephanus Dei grâ Rex Poloniæ &c Significamus hijs literis nostris quorũ interest, vniuersis et singulis, earũ noticiam habituris. Quod coram nobis, et apud Acta Cancellariæ nostræ personaliter constitutus, Magnificus Joannes Kisßka, Capitaneus Samogitiæ, et Magni Ducatus Lithuaniæ Locillator, retulit atqꝫ protestatus est. Quod anno presenti, die Vigesima Sexta Mensis Junij: secum ferre iter nobiscum ad bellũ hoc Moschouiticum, quod nunc gerimus, ingrediente, arx sua hereditaria Loshr casu quodam fortuito, est igni cremata, vnà cum omni suppellectili sua, quacũqꝫ in eadem Arce a se deposita asseruabantur; inter quam affirmauit: fuisse quoqꝫ permulta, eaqꝫ diuersa, Priuilegia, literas, munimenta, scripta, rescripta, causarũ variarũ, cum diuersis personis, negotiorumqꝫ propenodum infinitorũ, controuersias, decisiones, ac decreta, quæ ille nunc specificè singillatimqꝫ se recensere minimè potuisse, dixit, eò quod tam breui temporis spacio, præterea profectione ad nos impeditus, ea cognoscere, deqꝫ illis inquirere nõ potuerit: Vẽnire tamen sibi in mentem aiebat, ac certò etiam sibi constare affirmabat, inter illas concrematas scripturas fuisse rescripta, Emptionem bonorũ sive rum hereditariorum, Wegrow, ac eorundem à vicinorũ Nobiliũ bonis distinitationem in se continentia. Præterea quoqꝫ munimenta, spectan-

tia ad bona omnia, post mortem materterae suae: Magnifice olim Petronelle Radzimitowna, Magnifici olim Stanislai Dowoina Palatini Polocensis coniugis, ad se devoluta, et in primis ad bona Smiez. Et alias prosequendum innumeras literas, sibi apprimè necessarias. Quod ipsum suo tempore ac loco se demonstraturum ac ita uti leges publicae iubent, esse probaturum, obtulit: atqs hanc protestationem suam, Actis Cancellariae nostrae inscribi petijt: quod nos facere iussimus: atqs eandem protestationem, robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere decernimus: Ac in eiusdem rei fidem Sigillum Regni nostri praesentibus apprimi iussimus. Actum et Datum Dantzici die vndecimo Mensis Julij: Anno Domini Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo. Regni verò nostri anno Sexto.

Ad mandatum Illustris ac Magci &c ut supra.

Recognitio Magci Joannis de Zamoscie R. Pol. Cancellarij

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae &c Significamus his literis nostris vniuersis quorum interest, vniuersis et singulis earum noticiam habituris. Quod coram nobis et Actis Cancellariae nostrae personaliter constitutus, Illustris

et Magnificus Joannes de Famosczié Regni nostri Cancellarius, Generalis Cracovien. Kisthinen. Miedzyrzecen. Krzesovien. ac Capitaneus, a iure, foro, iurisdictione quamis sua propria, et competenti, recedendo, huic vero nostre, quo ad recognitionem suam presentem sese incorporan. et subiciendo, ultro, libere, ac palam recognouit. Quod campus in fun-
do Ciuitatis Cracovien. ad Tabernam Kamienna vulgo dictam, iacens, ipsius
Ciuitatis Cracovien. hereditarius, sic sibi a Proconsule et Consulibus Cracov-
vien. spontè ac ultrò, ad vitam suam concessus, Nihilq. omninò uiris, ex-
ceptis se ad campum illum habere, neq. alterius cuiusuis iuris preter ex-
tu, sed tantum concessionis istius Proconsulis et Consulum vigore, eun-
dem possidere. Quodq. se è vnie sublato, idem campus ad possessionem
ipsius Ciuitatis liberrimè, sine quouis successoy suorum impedimento, redi-
re debeat. Ad quod prestandum, ad libera vigt campum hunc, a mor-
te sua Ciuitati Cracovien. dimittendu, successores suos obligatos esse vult.
Quam recognitionem nos suscipi, et in Acta Cancellarie nostre inscribi
mandauimus, robur et pondus sud debitu illam obtinere debere decer-
nentes. In cuius rei fidem sigillum nostrum presentibus est
appressum. Actum et Datum Dzisne die duodecima Mensis
Julij. Anno Domini. Millesimo. Quingentesimo. Octuagesimo. Primo,
Regni vero nostri anno Sexto.

Ad mandatum Illustris ac Magci ut vt sup.

Joannes Smolik 153 flor. Jo. xi
Slawek debet.

Stephanus Dei gra Rex Polonie &c Significamus tenore presentium quorum s. n.
interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis, ad Cancellariam nostram personaliter constitutus, Nobilis Joannes Smolik de Kothsicz, a terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscunque suis proprijs et competentibus recedendo, illisque per expressum renunciando, huic vero nostre iurisdictioni, quo ad actum presentem et illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus, mobilibus et immobilibus, hereditarijs et obligatorijs, tam ijs que ad presens habet et possidet, quam que postmodum quouis iuris ratione haberet et possideret, nullis prorsus exceptis, incorporando et subijciendo, sanus mente atque ac corpore existens, non compulsus neque coactus, vltro, libere, palam, distertis et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Debere se vna cum successoribus suis, certo vero, et liquido debito, mutuatoque pecunie centum quinquaginta et tres florenos pecunie communis, quemlibet florenum triginta grossis Polonicis computando, Nobili Joanni Stawek suisque successoribus. Quod quidem debitum, totum et integrum, obligauit et inscripsit, presentibusque obligat et inscribit, de et super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus, hereditarijs et obligatorijs, tam ijs que ad presens habet et possidet, quam que postmodum quouis iuris ratione et modo, haberet, possideret, acquireretue, nullis prorsus exceptis, Summis quoque pecuniarijs quibuscunque, tam paratis, quam aliquo modo sibi inscriptis, eidem Joanni Stawek aut suis successoribus, parata et presenti

pecuma, ſoluturu, ad actaqs Caſtren Cracouiæ realiter et cũ effectu re;
poſituꝝ, feria quarta Cinerum proxima, in anno ſequenti, Millesimo, Quin-
gentesimo, Octuagesimo Secundo. Sub vadio ſimilis ſume, Centũ quinquaginta
et trium florenoy pecuniæ cõmunis, in caſu nõ ſolutionis debiti iſtius, loco
et tempore ſupraſcripto, ad ſoluendum irremiſſibiliter per Joannem Smolik ſu;
obqs ſucceſſores ſuccumbendo. Pro quo vadio, ad eũ modum ſuccubito, summa
quoqs ipſa principalis debiti, ſi hic ipſe Joannes Smolik vnà cum ſuis ſucces-
ſoribus, ſe citare permiſerit, ad quoscunqs iudicia ſiue terreſtria ſiue Caſtren
vel etiam ad officium Capitaneale Caſtren, cuiuscunqs terræ et diſtrictus in
Regno noſtro, ex tunc recedendo, ab alio quouis iure, foro, ac iuriſdictione
ſua propria et competenti, coram illo ipſo iudicio ſiue officio ad quoscunqs cita-
tus eſſet, et cui ſe iam ex nunc cum ſucceſſoribus et bonis ſuis omnibus
ſubjcit et incorporat, in primo citationis termino, tanquã peremptorio,
quem etiam ipſemet ſibi et ſuis ſucceſſoribus peremptorium facit, ſta-
re, comparere, ab eodemqs non diſcedendo, neqs in controuerſias ali-
quas ſe ſe ingerendo, vadia illud vna cũ eſſentiali debito, ſimul ac ſe;
mel, plene, integre, realiterqs et cũ effectu, dare, ſoluere, reponereqs
tenebitur et debebit, ſuiqs ſucceſſores tenebuntur ac debebunt, ſub
alio ſimili ſeparatoqs vadio, totiesqs quoties præmiſſis contrauenerit
ad ſoluendũ irremiſſibiliter ſuccumbendo. Cum vero primus termi-
nus peremptorius, ac alios etiam terminos quoſuis in ea cauſa, de-

per quos̄ peremptorios, ſolutionemq̄ vadij ſine vadijs, et debiti etiã ſupraſcri-
pti, non poterit, memoratus Ioames Smolik et ſui ſucceſſores, euadere aut
ſaltim differre, vera vel ſimplici infirmitatibus, actione pro maiori, bello, col-
loquio, Conuentu generali ſiue particulari, bellica generali expeditione, inunda-
ne (quod nunquam eueniat) hoſtili in Regnu noſtrum, interregno, alia peſtife-
ra, mundatione aquarũ, fractura pontium, absentia ſui quacunq̄s ex cauſa a Re-
gno, ſeruitio militari et alio quocunq̄s tam noſtro quã Reipublicæ nostra et ex-
tra Regnu noſtrũ, legatione, peregrinatione, ſucceſſoris minoritate, et alijs
quibuſuis legalibus impedimentis etiam jis quibus ex legum præscripto ac iuris
obſeruantia locus in iudicijs dari deberet: quibus omnibus tam in genere quã in ſpe-
cie, ita tamen ne generalitas ſpecialitati, vel hæc illi in aliquo derogęt, renuci-
auit ac præſentibus renũciat: neq̄s ſe illis in cauſa hac vnã cum ſucceſſoribus ſuis
eſſe vſurũ obligat. Renunciauit præterea omnibus appellationibus, prouocationi-
bus, motionibus, et ad eas proſequendas, citationibus, cocitationibus, et adcitatio-
nibus, Exceptionibus, dilationibus, ac alijs in vniuerſum remedijs et beneficijs
iuris, quæcunq̄s in ea cauſa ſibi quoquomodo ſuffragari poſſe viderentur, Submit-
tit quoq̄s ſe et ſuos ſucceſſores, nullos defectus ac vitia huic inſcriptioni, ema-
natecq̄s ad eam citationem, ac iuris quoq̄s præſtui eſſe obiecturum. Ad quietã-
tionẽ dilationem nusquã ſibi concedi petiturũ. Vel quicquã omninò tam iuridi-
cè quam extraiuridicè, in auxilium et defenſionem ſuarum cauſarum eſſe aſſum-
pturũ, quod arte, ingenio, ac induſtria humana, excogitari queat:

Sub amissione totius istius causæ suæ, et successorum suorum. Nulla terrestri præscriptione et temporis diuturnitate in ijs omnibus obstan.
Quam quidem recognitionem nos suscipi, et in Acta Cancellariæ nostræ inscribi mandauimus. Decernimusq3 eandem et omnia in illa coprehensa, robur et pondus suu iustu ac debitu semper obtinere debere. Atq3 in eius rei fidem, sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datu in Castris ad WOroniecz in Moschouia, die decima Mensis Augusti Anno DOmini. Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo. Regni verò nostri anno Sexto.

Relatio Illris ac Magci Joannis de Zamoscie R.P. Supmi Cancellarij, Gnlis Exercitui Regni, Cracouienq3, Knischinen, Miedzyrzecen, Rubesouien etc Capitanei.

Limitacio cause inter Francis cum Wosselini et Kaczidska zi necnon Tarnanski zi

r.p. Stephanus Dei gra Rex Poloniæ etc Significamus præsentibus literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, Remissam esse ad nos Judiciumq3 nostru, ab officio Consulari Cracouien, causam inter Generosum Franciscum Vesselini, Ibbstratorem nostrum ab vna, et Honestam Sophiam Kaczieszka viduam, nec non Nobiles Joannem Tarnowski, Florianum Ramoldtli Nobilis Barbaræ Turkowa, consortis suæ nomine, agentem, Casparum Turek Wieloglowski

Nobilis Joannis Weiss Szælmigski consanguineos partibus ab altera, occasione
horte cū suis pertinentijs, ablinen, ad mœnia Civitatis Cracovien penes portam
Istulniam sitta, bonosq; præfato Joannis Weiss iure caduco ad nos devolutos,
ac in id tempus, ad vidicia nostra iuxta descripti, remissionis incidentem, quo-
niam quæ nunc belli negotijs occupati sumus, causæ præfatæ cognitionem dif-
ferendā et limitandā esse duximus, prout differimus et limitamus, ad tempus
in limitatione generali, omniū causarū præfixum, præsentibus. Habebuntq; par-
tes terminū talem, qualem nunc habere debuerut: Utriusq; partium iure illæ-
so manente. Harum testimonio literarū, quibus sigillum Regni nostri est
subappressum. Datum in Castris nostris ad Woroniecz. die Vndecima
Mensis Augusti. Anno Domini. Millesimo, Quingentesimo, Octuage-
simo Primo. Regni vero nostri anno Sexto.

Nobilis Illus ac Magcus ut supra.

Wilski trzynasta florn: debet
Stanislao Marszowski.

Stephanus Dei gra Rex Poloniæ &c Significamus his literis no- s. m.
stris, quorū interest, vniuersis et singulis, earū noticiam habituris. Quod co-
ram nobis, ad actaq; Cancellariæ nostræ personaliter constitutus Nobilis
Severinus Wilczki, à terris Palatinatibus, districtibus, iure, foro, actio-
ribus dictionibus quibuscunq; suis propriis et competentibus recedendo, illisq; per

expressum renunciando, huic vero nostre iurisdictioñ, què ad artum presentem, et illius effectum, se cum successoribus & bonis suis omnibus, mobilibus et imobilibus, hereditarijs et obligatorijs, tam ijs quæ ad presens habet et possidet, quam quæ postmodũ, quamis iuris ratione, haberet et possideret, nullis prorsus exceptis, incorporan et subjçiendo, sanus mente æquè ac corpore existens, non cõpulsus negꝫ coactus, vltrò, liberè, palam, diserte et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Debere se vnà cũ suis successoribus, Nobili Stanislao Marsowski, Nobilis Deodati Marsowski filio, illiusqꝫ successoribus, triginta florenos pecuniæ communis, quæ libet florenus triginta grossis Polonicis cõputando, certi, veri, et liquidi debiti. Quod quidem debitũ, totũ et integrũ, idem Seuerinus Wilczki, obligauit et inscripsit, præsentibusqꝫ obligat et inscribit, se vnà cũ successoribus suis, de et super omnibus bonis suis, mobilibus et imobilibus, hereditarijs et obligatorijs, tam ijs quæ ad præsens habet et possidet, quam quæ postmodũ quamis iuris ratione et modo haberet, possideret, acquireret, nullis prorsus exceptis, Cum sumis quoqꝫ pecuniarijs quibuscunqꝫ tam paratis, quam à quocunqꝫ et ratione quacunqꝫ sibi inscriptis et obligatis, inscribendis et obligandis, memorato Stanislao Marsowski aut illius successoribus, parata et præsenti pecunia, realiterqꝫ et cum effectu, soluturũ et numeraturũ, ad actaqꝫ Castrensia Capit Varschouiensis repositurũ et relicturũ, pro festo Diui Adalberti, proximè in anno sequenti, Millesimo, Quingentesimo, Octua-

gesimo secundo celebrando, sub vadio simili triginta flor. pecuniae communis, in casu non solutionis debiti istius, loco et tempore superius assignato, ad soluen; dum irremissibiliter succumbendo. Pro quo vadio nec non pro debito principa; li, si se citare permiserit, memoratus Generosus Wilezki, sive ipsius succes; sores, ad quodcunque iudicium terrestre, sive Castrense, vel officium Capit. Castren. cuiuscunque terrae et districtus, ex tunc receden. a terris, iurisdictionibusque suis propriis, illi autem iudicio sive officio ad quod citaretur, se cum successoribus bonisque suis omnibus incorporan. et subjiciendo, in primo termino tanquam pere; ptorio, stare, comparere, ab eodemque non discedendo, neque in controversias ali; quas sese ingerendo, vadium illud cuius gratia citaretur, summamque ipsam debi; ti, simul ac semel, parata et praesenti pecunia, realiter et cum effectu, soluere, reponere, dareque tenebitur et debebit, suique successores tenebuntur ac debe; bunt, sub alio simili et separato vadio, toties quoties praemissis contravenerit, ad soluend. irremissibiliter succumbendo. Eum primum terminum peremptorium, et alios subsequen. eiusdem causae terminos, nullis dilationibus, verae vel simpli; cis infirmitatis, pro maiori, minorennitate, receptione ad quietationem, nullisque exceptionibus, legalibus impedimentis, legatione intra vel extra Regnum, servitioque quovis Reipublicae et militari non differendo, nullasque motiones et appellationes, ac earundem per protestationes adcitationesque prosequutio; nes faciendo, ac nullis praescriptionibus, fatalibusque iuris et evasionibus, poe; nis trium marcarum et triplici, evadendo, totiens quotiens pro praemissis citaretur, vel sui posteri citarentur. Quam quidem inscriptionem, nos ratam et gratam

habentes, eandem in Acta Cancellariæ nostræ inserere iussimus. Decernimusque eandem robur et pondus suum iustum et debitum semper obtinere debere. Atque in cuius rei fidem sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datum in Castris ad Arcem nostram Ostrow, die Vigesima Prima Augusti. Anno Domini, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo. Regni verò nostri anno Sexto.

Relatio Illustris et Magci etc ut supra

Abrahamus Giziczki 300 flor debet Christophoro Crikowski

s. u. Stephanus Dei gratia Rex Poloniæ etc Significamus his literis nostris, quorum interest, universis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis, ad Actaque Cancellariæ nostræ, personaliter constitutus Nobilis Abraham Giziczki, a terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscunque suis proprijs et competentibus recedens, illisque per expressum renunciando, huic verò nostræ iurisdictioni, quoad recognitionem suam præsentem et illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus, incorporando et subijciendo. Sanus mente æquè ac corpore existens, ultrò, liberè, palam, disertis et expressis verbis recognovit, et hisce literis nostris recognoscit. Debere se unà cum successoribus suis, certi, veri, et liquidi debiti, mutuatæque pecuniæ, trecentos florenos pecuniæ

cõmunis, quemlib et florenis triginta grossis Polonicis usitatis cõputando. Reverendo
bili Christophoro Gilconski et illius successoribus. Hoc idemq3 debito modo
tũ et integrum obligauit et inscripsit, presentibusq3 obligat et inscribit, se
et suos successores, de et super omnibus bonis suis mobilibus et immobilibus,
hereditarijs, obligatorijsq3, tam jis que ad psens habet et possidet, quam
que postmodũ quauis iuris ratione et modo, haberet possideret, acquireret,
ue, nullis prorsus exceptis, Sumis quoq3 pecuniarijs quibuscunq3 tam paratis,
quam à quonis quocunq3 modo sibi inscriptis, eidem Christophoro Gilconski
aut illius successoribus, parata et presenti pecunia, soluturũ, ad actaq3
Castren Capit Cracouien, realiter et cum effectu repositurũ et relicturum,
pro festo Diue Agnetis Virginis, proximè in anno sequenti, Millesimo, Quin-
gentesimo, Octuagesimo, Secundo celebrando: Sub vadio similis summe, tre-
centor flor pecunie cõmunis, in casu nõ solutionis debiti ipsius, loco et
tempore suprascripto, per ipsũ Abrahamum Gizyczki et suos successores,
ad soluendũ irremissibiliter Christophoro Gilconski, et illius successoribus
succumbendo. Pro quo vadio ad eum modum succubito, tum et pro summa to-
ta principalis debiti, sic idem Abraham Gizycki aut sui successores, se ci-
tare permiserit, ad quodcunq3 iudicium sive terrestre sive Castrens, vel etiã
ad officium Capit Castrense, cuiusq3 terre et districtus in Regno nostro ex
tunc recedendo, ab alio quonis iure, foro, ac iurisdictione sua propria et ad-
petenti, coram illo ipso iudicio aut officio ad quodcunq3 citaretur, et cui se ita

ex nunc cum succeſſoribus et bonis ſuis omnibus ſubijcit et incorporat, in pri-
mo citationis termino, vti in peremptorio, quem etiam ipſemet ſibi et ſuis ſuc-
ceſſoribus in eadem causa peremptoriū facit, ſtare, cōparere, ab eodemq3 iudicio
ſine officio non diſcedendo, neq3 in controuerſias aliquas ratione promiſſorid, cū
Chriſtophoro Zitomſki aut ſuis ſucceſſoribus geſe mgerendo, vadim
illud ſine vadia, vnā cum ſumā ipſa principalis debiti, ſimul ac ſemel, pre-
ne integrē ac ſufficienter in inſtanti, reponere, dare, ac ſoluere tenebitur,
et debebit: ſuiq3 ſucceſſores tenebuntur ac debebunt: ſub alio ſimili et
ſeparato vadio, toties quoties promiſſis contrauenerit, præſumpſerit, aut ſui
ſucceſſores præſumpſerint, ad ſoluendū irremiſſibiliter ſuccumbendo. Cum
autem primū terminū peremptoriū, et alios in eadem causa terminos quos,
uis ſemper peremptorios, ſolutionemq3 vadij ſiue vadiorū, ſumaq3 ipſius
debiti ſuprascripti, non poterit neq3 debebit hic ipſe Abraham Ziżyzki
ſuiq3 ſucceſſores, euadere aut ſaltim differre, vera vel ſimplici mis-
mitate, actione pro maiori, bello, colloquio, conuentu generali et parti-
culari, bellica generali expeditione, incurſione (quod nunquam eueniat)
hoſtium in Regnum noſtrum, interregno, aura peſtifera, inundatione aqua-
rū, fractura pontium, abſentia ſui quacūq3 ex causa à Regno, ſeruitio mi-
litari et alio quocūq3 tam noſtro quā Reipublicæ: intra et extra Regnū
noſtrū, legatione, peregrinatione, ſucceſſorū minoritate, et alijs qui-
buſuis legalibus impedimentis, etiam iis quibus ex legum præſcripto ac

iurisq; obseruantia locus m̃ iudicio dari deberet. Quibus omnibus tam in ge:
nere quam in specie, ita tamen ne generalitas specialitati, vel hæc illi in ali;
quo deroget, renunciauit ac præsentibus renũciat, neq; se illis in causa hac v,
na cũ successoribus suis esse vsurũ obligat. Renũciauit præterea omnibus ap;
pellationibus, prouocationibus, motionibus, et ad eas prosequendas cita;
tionibus, c̃itationibus, et adeitationibus. Exceptionibus, dilationibus, ac
alijs in vniuersum remedijs et beneficijs iuris, quæcunq; in ea causa sibi quo;
quomodo suffragari posse viderentur. Submittit quoq; se et suos successores,
nullos defectus ac vicia huic inscriptioni, emanatæq; ad eam citationi, ac iu;
ris quoq; progressui esse obiecturum. Ad quietationem nusquã dilationem
sibi concedi petiturũ. Nec quicquam omnino tam iuridice quam extraiuri;
dice in auxilium et defensionem istius causæ suæ esse assumpturũ, quod arte
ingenio, ac industria humana c̃ominisci et excogitari queat: sub amissione
totius istius causæ suæ et successorũ suorum. Nulla terrestri præscriptione
et temporis diuturnitate in jus omnibus obstaũ. Quam quidem recognitio nem
nos suscipi, et in acta Cancellariæ nostræ inscribi mandauimus. Decernimusq;
eandem robur et pondus suũ iustũ et debitum semper obtinere debere. Atq;
in eius rei fidem, sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et Datũ
in Castris ad Plescoviam, die Vigesima nona Mensis Augusti. Anno Domi;
ni, Millesimo, Quingentesimo, Octuagesimo, Primo, Regni vero nostri Sexto.

Relatio Illris et Magci ve vt supra.

Quittacio Martini Rybinski.

s. u. Stephanus Dei gra Rex Polonie &c Significamus hiis literis nostris, quorum interest quorumcunq et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis ad Actaqs Cancellarie nostre personaliter constituta, Nobilis Catherina Duranowska, Nobilis olim Vincentij Duranowski filia, consors vero Nobilis Joannis Golkowski, cum assistencia et consensu eiusdem mariti sui, a terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibuscunq suis proprijs et competentibus recedendo, illisqs per expressum renunciando, huic vero nostre iurisdictioni, quo ad actum presentem et illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus, mobilibus et immobilibus, hereditarijs et obligatorijs, tam ijs que ad presens habet et possidet, quam que postmodum quamcunq iuris ratione haberet et possideret, nullis prorsus exceptis, incorporando et subjciendo, sana mente atque ac corpore existens, non compulsa neqs coacta, ultro, libere, palam, distinctis et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Tulisse ac percepisse se, realiter et cum effectu a Nobili Martino Rybinski, ducentos florenos pecunie communis, quemlibet florenum triginta grossis Polonicis computando, ad rationem

tionem debiti Trecentorum florenor pecuniæ, ab eodem Martino Rybinski
apud se et Nobilem olim Joannem Kaweczki, prioris matrimonij maritū su;
um, contracti, atqꝫ in actis terrestribus Lucensibus inscripti. De qui;
bus quidem ducentis florenis, eundem Martinum Rybinski et illius succes;
sores quietamt, et presentibus literis nostris quietat, liberumqꝫ, inu;
nem, ac absolutum perpetuo facit et pronũciat. Neqꝫ quicquã amplius mi;
centum florenos, eundem Martinum Rybinski sibi aut suis successoribus
debere recognoscit: quos tenebitur sibi, aut suis successoribus soluere ex
præscripto, illius inscriptionis, in actis terrestribus Lucensibus, super sum;
mam trecentor florenor ab ipso facta. Quod quando ab ipso factum fue;
rit, illa inscriptionem memoratã cassare, ac de eadem Martinum Rybinski
et suos successores quietare tenebitur. Quam recognitionem ipsius Cathe;
rinæ, præfatus maritus suus Joannes Golkowski, personaliter apud acta
Cancellariæ nostræ stans, recedendo à suo foro, et iurisdictione competenti,
ultro, ac liberè approbauit, ac in eandem consensit, hisceqꝫ literis ap;
probat et consentit. Quas recognitiones vtriusqꝫ eorum nos suscipi
et in acta Cancellariæ nostræ inscribi mandauimus. Decernimusqꝫ eas;
dem robur suum iustũ et debitũ obtinere debere tqꝫ in eius
rei fidem sigillum nostrum præsentibus est appressum. Actum et Da;
tum in Castris ad Pleskouiam die secunda Mensis Septembr n.
no Domini 1581. Millesimo, Quingentesimo, O;

Octuagesimo Primo. Regni vero nostri anno Sexto.

Relatio Illris ac Magci etc. vt supra.

Ioannes Wessel quietat Iacobum Lepicki,

vp. Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus his literis nostris, quorum interest, vniuersis et singulis, earum noticiam habituris. Quod coram nobis ad Actaque Cancellariae nostrae personaliter constitutus Nobilis Joannes Wessel, Gnosi Jacobi Wessel, Dapiferi Nurensis filius, a terris, Palatinatibus, districtibus, iure, foro, ac iurisdictionibus quibusvis suis proprijs et competentibus recedendo, illisque per expressum renunciando, huic vero nostrae iurisdictioni, quo ad actus praesentis et illius effectum, se cum successoribus et bonis suis omnibus mobilibus et immobilibus, haereditarijs et obligatorijs, tam ijs quae ad praesens habet et possidet, quam quae postmodum quavis iuris ratione haberet et possideret, nullis prorsus exceptis incorporando et subijciendo, sanus mente aeque ac corpore existens, non compulsus neque coactus, vltro, libere, palam, disertis et expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia totum et integrum processum iuridicum a se Honesto Jacobo Lepiczki Balneatori,

vr̃ et Oppidano m̃ Kowemiastho, apud Judicium banniti eiusdem Oppi:
di, occasione inuasionis violentæ, nocturno tempore, in hospicio seruitorũ
suorũ, quod in eodem Oppido Kowemiastho, apud Honestum Stephanum
Gesznika, Oppidanum habebant, acceptisq3 ab ysdem seruitoribus su:
is certos armorũ suorũ, puta bombardas et framearum suarũ valo:
ris centum florenos pecuniæ, instituẽ3 continuatũ, ac in quonis puncto
et gradu iuris consistentẽ, in Generosum Dominicum Alemani, Culmiæ nostræ
Magistrũ, eiusdemq3 Oppidi Tenutarium, transfert et transportat, accepta
ab eodem, pro hisce iniurijs et damnis omnibus sibi et suis seruitoribus, a
memorato Jacobo Iepiczki illatis, sufficienti ac debita satisfactione et re:
compensatione. Quarũ iniuriarũ ac damnorũ, in processu istius causæ ex:
pressorũ nomine, idem Joannes Wessel, memoratũ Jacobum Iepiczki su:
amq3 coniugem, ac eorũ successores, suo et seruitorũ suorũ nomine quietat:
atq3 liberos, inanes, et absolutos perpetuò facit et pronũciat; ac sibi suisq3
successoribus, ac memoratis seruitoribus, ratione premissorũ, silentiũ per:
petuũ imponit, ac viam iure agendi precludit. Præterea obligat et inscribit,
se et suos successores, de et super omnibus bonis suis, mobilibus et immobi:
libus, hereditarijs et obligatorijs, tam ijs quæ ad præsens habet et possidet,
quã quæ postmodũ quomis iuris ratione eã modo, haberet, possideret, acqui:
reret, nullis prorsus exceptis. Cum sumis quoq3 pecuniarijs quibuscunq3,
tam paratis, quam á quouis ratione quamis sibi inscriptis et obligatis,

scribendisq3 et obligandis, nullam difficultatem & molestiam se et
Suos successores, ac memoratos seruitores, ratione pmissarū minarū
ac damnorum sibi sm̄isq3 seruitoribus illatorū, tam Jacobo Lepiozzi
Suoq3 coniugi ac familiæ, quam etiam Proconsuli, Consulibus, Aduoca-
to, Scabinis, et omnibus in vniuersū Oppidanis Oppidi prafati, tam
per se, quam per alios quasuis m̄structos et subordinatos perso-
nas, quocūq3 modo exhibiturū, nullasq3 violentias eisdem il-
laturū, ac iniurias, damnaq3 sua præfata vindicaturū, imō verō eos-
dem ab omni vi, iniuria quarumlibet personarū, cuiuscunq3 sortis, et cō-
ditionis existentiū, tum etiam impetitione iuridica et extraiuridica,
damnisq3 omnibus, ratione suprascriptorū, defensurū, tuiturū, ac pro ipsis
in iudicio quolibet interessurum, illosq3 euicturum: sub damnis terrestri-
bus ad simplicem verbor assertionem, sine corporali iuramento, ipsius
Dominici Alemanni suorumq3 successorū taxandis, ab eodemq3 Joan-
ne Wessel siue suis successoribus, eidem Dominico Alemanni, ac suis
successoribus ad soluendū irremissibiliter, in casu cōtrauentionis
pmissis, succumbendis. Pro quibus quidem damnis ad eū modū suc-
cubit, tum etiam pro non satisfactione præmissis, si idem Joannes
Wessel, siue successores, se eitare permiserit, siue permiserint
Dominico Alemanni aut suis successoribus, ad quodnis iudicium siue
terrestre siue Castrense, vel etiam ad officium Capitaneale Castren

emúscúq3 terre et distrctus m Regno nostro, ex tunc recedendo
a iure, foro, ac iurisdictione quamb sua propria et competenti, coram
illo ipso iudicio sue officio, ad quodcúq3 citaretur, et cui se vná cũ succes-
soribus et bonis suis omnibus, quò ad hanc causam subjcit et incorporat,
m primo citationis termino, vbi m peremptorio, quem etiam ipsemet sibi
et suis successoribus peremptorium facit, stare, cõparere, ab eodemq3 nõ
discedendo, neq3 m controuersias aliquas sese cum Dominico Alemani
ingerendo, damna illa, quorũ causa citaretur, ad simplicem verborũ asser-
tionem sine corporali iuramento ipsius Dominici Alemani, realiter et cũ
effectu, dare, soluere, et reponere. Et nihilominus supradictis omnibus,
et singulis, tam m parte quam m toto, realiter et cum effectu, satisfacere,
sub alijs similibus et separatis damnis, ibidem sue corporali iuramento, sue
plicii assertione verborũ, tantũ taxandis, ac totiés quoties quemlibet con-
trauenerit, ad soluendũ irremissibiliter succumbendis, tenebitur et debe-
bit, suisq3 successores tenebuntur et debebunt. Cum terminũ primũ perem-
ptorium, ac alios terminos quosmlibet in eadem causa semper peremptorios, solu-
tionemq3 damnorũ ac satisfactione ipsam quemlibet omnibus, nullis dilatio-
nibus, vera vel simplicis infirmitatis, pro maiori, minoremitate, receptione ad
quemlibet finem, nullisq3 exceptionibus, legalibus impedimentis, legatione in-
tra vel extra Regnum, seruitioq3 quomlibet Reipublice et militari nõ differ-
rendo. Nullasq3 motiones et appellationes, ac earundem per protestationes

adcitationesq3 prosequutiones faciendo, ac nullis praescriptio-
bus fataljsq3 iuris et euasionibus, penis trium marcarum et tripli-
cuandendo, totiés quotiés pro premissis citaretur vel suj posteri cita-
rentur. Quam quidem inscriptionem, nos ratam et gratam habentes, eam-
dem in Acta Cancellarie nostre inserere iussimus. Decernimusq3 ean-
dem robur et pondus suum iustum et debitu semper obtinere debere. Atq3
in eius rei fidem sigillum nostrum presentibus est appressum. Actum et
Datum in Castro ad Plescoviam die secunda Mensis septembris. Anno
Domini Millesimo, quingentesimo, octuagesimo, primo. Regni vero nostri
anno sexto.

Ad mandatum Illustris ac Magci ut supra.

Mons et Magci Radzivilonis
inscriptionem commutatoriam bono
rum oppidi Mordi &c. ap-
probat.

Stephanus Dei gra Rex Polonie &c Significamus presenti-
bus literis nostris, quibus expedit, vniuersis, harum noticiam habituris
presentibus et futuris. Quia comparentes personaliter coram nobis
Illustres et Magnifici Albertus, Marschalcus Curie Magni Ducatus
Lithuanie, Capitaneus Cauensis, et Stanislaus Radzivilonis, Duces

ni Hilca et Kiesbroiesth, sani mente et corpore existentes, non compulsi
nec coacti, sed libere, publice, et per expressum, recedeñ à terris, Palatina-
tibus, et districtibus, iurisdictionibusq3 suis quibusuis propriis, recognouerunt.
Quia ipsi inscriptioni perpetuæ cõmutatoris, bonoꝝ hæreditariorũ, pro tunc domu-
nium et nidimisoꝝ, Oppidi Mordi, et Villarum ad illud pertinentiũ, omniumq3
eorundem attinen, ex una, nomine eorũ per Illustrem et Magnificum Nico-
laum Christophorum Radziwil, Supremum Marschalcum Magni Ducatus Li-
thuaniæ, fratrem ipsorũ, cum Gnõso Paulo Gidczwerstei, super bona Swiẽred,
prout eiusdem hæreditas in se habetur, partibus ex altera, fact, prout ex
dem inscriptiones ex vtraq3 parte super bona prædicta cõmutatoria, fac tæ,
et coram certis authenticis actis recognitæ, præmissa in se latius continent, in omni-
bus eiusdem inscriptionis conditionibus, articulis, et ligamentis, prout de verbo
ad verbum sunt descript, nullis exceptis, sua personali recognitione approba-
uerunt et ratificauerunt, prout præsentibus approbant, et ratificãt, volen eiusmo-
di inscriptionẽ cõmutatoriam, recensitam, per Illustrem & Magnificum fratrẽ
ipsorũ, Supremu Magni Ducatus Lithuaniæ Marschalcum, nomine ipsorũ
fact, temporibus perpetuis et cum successoribus suis tantæ firmitatis et robo-
ris esse, et habere, ac si per eosdem pro tunc coram actis illis vel coram nobis
facta et recognita foret, prout et ipso facto firma et valida erit perpetu-
is et cuiterimis temporibus. Quam quidem recognitionẽ cõ modo p̃missõ
coram nobis factã nos ratam, gratam, firmãq3 habentes, authoritate nostra
Regia, approbamus, cõfirmamus et ratificamus, eam robur perpetuæ fir-

mitatis habere et obtinere decernentes. In cuius rei fidem sigillum
nostrum praesentibus est appressum. Actum et Datum in Castris nostris
ad Plescouiam, die tertia Septembris. Anno Domini Millesimo, Quin-
gentesimo, Octuagesimo Primo. Regni vero nostri anno Sexto.

Relatio Illustris ac Magnifici etc. ut supra.

Baltasar Jeserski sortem villarum Jesiorki Klodawa et Jarczewo fratribus suis donat

Ex.

Stephanus Dei gratia Rex Poloniae etc. Significamus his literis nostris
quorum interest, universis et singulis, earum notitiam habituris. Quod coram
nobis et apud Acta Cancellariae nostrae personaliter constitutus, Generosus
Balthasar Iewaldt Jesierski, a terris, Palatinatibus, districtibus, iure,
foro, ac iurisdictionibus quibusuis suis proprijs et competentibus recedendo,
illisque per expressum renunciando, huic vero nostrae, quoad recognitionem
suam praesentem et illius effectum, se cum successoribus incorporando, sa-
nus mente aeque ac corpore existens, ultro, libere, palam, disertis et
expressis verbis recognouit, et hisce literis nostris recognoscit. Quia
Villarum Jeziorki, Klodawa, et Jarczewo, in Terra Pomeraniae, et
districtu Sluchouiensi consistentium, sortes iure haereditario ad se pertinen-
tes, a seque hactenus pacifice possessas, cum omnibus earundem sortium,

attinentijs, pertinentijs, adiacentijsq3, ac bonis vniuersis, nullis penitus exceptis
ita quod late, longe et circumferentialiter, prout earundem sortium hæreditas se in suis metis et limitibus complectitur, et prout easdem memoratus
Balthasar Jeziersky tenuit, habuit, et possedit: Cum omni etiam ac integro
iure, dominio, proprietate, ac propinquitate, Nihil omnino iuris, dominij, proprietatis et propinquitatis pro se successoribusq3 ac consanguineis et proximis suis quibusmis, ad dictas sortes suas reseruan, imo vero omnes alios propinquos, consanguineos, amicos et affines suos, ab isdis bonis suis hæreditariis removendo et alienando: Generosis Ludouico et Georgio Lewal, dom Jezierskim, fratribus suis, germanis, et illorum successoribus, dono perpetuo et irrevocabilis donationis, dedit, donauit, et concessit: prout per presentes literas nostras, dat, donat, et concedit, perpetuo et in æuum.
Omnesq3 eius suum hæreditarium, quod sibi ad dictas sortes competebat,
in memoratos fratres suos et eorum successores, transfert et transfundit.
Itemq3 ex nunc dat et admittit, eisdem fratribus suis et illorum successoribus,
in eas dem sortes, realem intromissionem, cu actuali pacifica q3 possessione, ex
scripto iuris communis, apprehendendam. Habebunt igitur memorati Ludouicus et Georgius Lewaldorvie ac illorum successores, integram et absolutam
potestatem, præfata bona, authoritate præsentis donationis, tenend, habend,
